

Zu  
den öffentlichen  
**Prüfungen der Domschule,**  
welche  
am Montage, den 25<sup>ten</sup> März, von 9 Uhr an  
**mit der vierten und dritten,**  
am Dienstage, den 26<sup>ten</sup> März, von derselben Stunde an  
**mit der zweiten und ersten Classe**  
angestellt werden sollen,  
so wie zu den  
am Mittwochen, den 27<sup>ten</sup> März, Vormittags 10 Uhr  
**im Rathhaussaale zu haltenden Reden**

l a d e t

alle hohe Behörden unserer Stadt  
und alle Gönner und Freunde der Schule  
ehrerbietigst und ergebenst ein

**J. P. A. Jungclaussen,**  
*Rector.*

---

**Schleswig, 1844.**  
Gedruckt im Königlichen Taubstummen-Institut.

*Dr. Viszotovius Prof.  
Dr. Krüger  
in Beauftragung  
mit erzbischöflichen Ge-  
wissen*

der östlichen Seite

# Die Türlinge der Domseite

Autograph

an die Ehe von Herrn und Frau Hirschberg mit Herrn und Frau Dr. Lichtenstein  
am 13. September 1882 von Herrn Dr. Lichtenstein aus dem ersten Geschenk

aus seinem Archiv

mit den entsprechenden handschriftlichen Notizen.

Die Türlinge der Domseite

aus der Zeit des Hof- und Stadtkonservator Joseph Schmid

aus dem Jahr 1852

aus dem Archiv des Konservators

Joseph Schmid

Autograph

Die Türlinge der Domseite

aus dem Archiv des Konservators

**A. J. F. Henrichsenii**

philos. Dr. et schol. auth. Slesvie. Collaborat.

**epistola critica**

ad

**Car. Fr. Hermannum,**  
Professorem Gottingensem

de consilio

**Convivii Xenophontei**  
eiusque

**cum Platonico necessitudine.**

---

**Slesvici, MDCCCXLIV.**

# INTERVIEW WITH A

CHIEF OF POLICE IN CHINA

## CHINESE POLICING

### INTERVIEW WITH A CHIEF OF POLICE IN CHINA

multoq[ue] r[ati]onab[ile]tate tuam intellexi, sed utrumq[ue] deinde q[ui]d  
deinde q[ui]d p[ro]p[ter]eas, ac r[ati]onab[ile]tate tua q[ui]d p[ro]p[ter]eas, q[ui]d  
aff[er]as non in aliis factis, p[ro]p[ter]eas in aliis factis? — Atq[ue] q[ui]d  
met' consideratio mea, q[ui]d' consideratio tua?

## Vir doctissime, illustrissime!

at neup' oculis tuis, et cunctis oculis, q[ui]d' consideratio tua?  
Grazegna regi mei, q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio tua? — Atq[ue] q[ui]d' consideratio  
mea?

Dic d[omi]ni. **Dici vix potest, quo ego gaudio afficerer, quum a G. G. Nitzschio, praeccep-**  
**tore dilectissimo, afferretur mihi donum istud Tuum gratissimum** <sup>1)</sup>, **quo meam de**  
**utroque Convivio sententiam accurate examinasse Te audiebam.** Nam quum facile  
viderem a tanto viro vel impugnari admodum mihi esse honorificum, tum multis de  
rebus meliora me edocum iri jure optimo sperabam. At enimvero primis statim ver-  
sibus perfectis de magno hoc gaudio meo aliquid deminutum est. Tametsi enim de  
benevolo isto, quod de meo, qualecunque est, acumine meaque in hac quaestione opera  
judicium facis, impense gaudebam, tamen cum magno dolore meo Taciturnum illud *sine  
ira et studio* non ita uti debebat a Te observatum esse animadvertebam. Qui animus  
et mihi iratior et praejudicatis opinionibus, si dicere fas fuerit, paulo impeditior in ipso  
quidem disputationis Tuae initio tribus potissimum in rebus cernitur. Quia enim in  
primo enuntiato argumentatione uteris: *etsi nihil causae sit cur adversarios Tuos male  
Tibi velle suspiceris, tamen quum acutiores sint, quam ut eos rationum Tuarum pondera  
assequi non potuisse credas, vix quidquam superesse, nisi ut iisdem commoveri noluisse  
statuas, ea, si quid recte novi ingenium Tuum, plane abstinisses, nisi duo illa impedimenta  
Tibi obstitissent.* Nihil est enim tam difficile et lubricum quam alterius acumini  
certos suos fines constituere, ut definire queas: hoc intelligere non potuit, non voluit  
illud; deinde vero alterum quid superest: sunt ita comparata ingenia hominum, ut sua  
quisque plurimi faciat nec facile quam ipse sibi informavit et multos per annos aluit  
savitque sententiam ab altero sibi eripi patiatur; quo fieri solet, ut quum nostra  
argumenta nimis efferamus quae adversarius protulit plus justo deprimamus. Vide  
igitur, ne idem Tibi acciderit. — Alterum autem, iniquioris animi signum hoc  
pono, quod si non diserte profiteris, at tamen haud obscure mihi indicare videris <sup>2)</sup>

1) Indiecs teet, quae in Acad. Marburgensi per sem. aestiv. a. MDCCCXL habendas proponuntur. —

2) exstitit, qui non modo hanc disputationis nostrae summam acerrime impugnaret, sed etiam omnino negaret,  
quod doctissimis omnium temporum hominibus visum est sqq. p. IV. quod ne Henrichsenius quidem negare  
sustinet. p. VI. et prius quidem jam dum alii intellexerant, nec omnino ante Henrichsenium arbitramur  
fuisse qui negare sustineret sqq.

*vitio mihi vertendum esse, quod ego negare sustinuerim quod et doctissimis omnium temporum hominibus risum sit, et nemo ante me negarerit.* Quod si vitium est, vereor ut Tute Ipse recta via ad tantam gloriam grasseris, qui haud scio an non alia re magis quam et nova inveniendo et vetera labefactando atque convellendo tam magnam inque dies majorem Tibi laudem parias. — Sed ut ut haec res se habet, est sane levior nec oinnino conferenda cum tertio isto irae atque studii indicio, quod in libello Tuo non semel protulisse Te vehementissime doleo. Tametsi enim Ipse negas 3) Te libellum meum 4) ad obtrectationem et invidiam referre, tamen identidem me vel noluisse sententiam Tuam assequi, vel non optima fide egisse, vel verba Tua in aliam sententiam detorsisse criminaris. Quae vide ne inter sese ipsa repugnant; nam qui potest fieri, ut ita qui agat sincero animo verum investiget? Nae esset ista agendi ratio quum omni homine ad humanitatem exculto, tum maxime praeceptore indignissima, qui discipulis virtutis viam praeire, non fraudis ac fallaciae auctor existere debeat. Errare autem humanum; quare si nihil aliud nisi errorum me insimulasses, libentissime ejus rei judicium penes alios esse sivissem; nunc vero si diutius tacerem, sane periculum esset, ne tacendo confiteri viderer. En igitur exoptatam programmati quod vocamus scribendi occasionem nactus mitto Tibi, Vir illustrissime, epistolam criticam dicam an apologeticam; utrumque enim nomen in eam convenit; sed si ex ea parte nomen ducendum, quae mihi quidem longe potior videtur, nihil dubitandum, quin hoc illo multo sit aptius. Itaque etiam atque etiam rogatum Te yolo, ut et defensioni meae et iis, quae pro mea sententia posse mihi afferre videor, benevolas aures praebeas, quod si a Te impetravero, facile et hoc intelliges, non suisce cur fidem meam in suspicionem vocares, et litem illam a Te neutiquam esse diremtam.

Itaque ut ordiar ab eo, quod Tu primum posuisti, me de consilio Xenophontis in Convivio suo conscribendo falsam Tibi sententiam supposuisse: gaudeo equidem vel maxime, quod hac de re multo jam melius inter nos convenit, sed — dicendum enim quod sentio — *antea Te in eadem sententia fuisse, non possum quin prorsus negem.* Quis est enim, qui ubi haec legerit 5): *atque Platonem Xenophonti Convirium suum opposuisse jam apud antiquos creditum esse videtur; qui quum omnino in ea opinione essent, ut Platonem et Xenophontem obtrectasse inter se putarent, omnes locos studiose rimabantur, ubi alter alterum tetigisse occultaque reprehensione petiisse videretur; nec quamvis plurima ejus simultatis argumenta, quae vel aliunde vel ex ipsis eorum Conviviis afferuntur, admodum levia adeoque ridicula sint, negari potest Convivia certe in nonnullis adeo sibi contrarietate aliqua congrere, ut manifesta aemulationis vestigia contineant, quis est, Inquam, qui ista intelligat de aemulatione bona et laudabili, qua quisque quantum in simili causa efficere possit experiatur?* Aut ipse nihil intelligo, aut nemo illa isto modo interpretabitur, nam omnis orationis perpetuitas apertissime ostendit Te, illa quum scriberes, vocabulum

---

3) p. 1 et p. 2 init. — 4) Dissertatio de consilio et arte Conv. Xenoph. ejusque cum Platonico necessitudine. Flonpoli 1810. Prostat Altonae ap. K. Aue. — 5) prior. dissert. Tuæ p. IV.

*aemulationem in malam partem accepisse.* Idque ipsum quum ex aliis ejus dissertationis locis apparet, (*tecte reprehendere — respicere atque impugnare — vel imitandi vel oppugnandi causa in suum transserre — tangere*<sup>6)</sup>) tum maxime ex libro Tuo longe praestantissimo<sup>7)</sup>, ad quem Ipse confugisti, scilicet ut contrarium inde comprobares; in posteriore enim, quem affers locum<sup>8)</sup>, quum nihil insit, nisi vanum at quo inane commentum esse Xenophontem reipublicae Platonicae suam Cyripaediam opposuisse, priore loco<sup>9)</sup> postquam summa cum probabilitate exposuisti quomodo factum sit, ut Xenophon uno tantum loco Platonis mentionem fecerit, neque ullum inde inimicitiarum documentum peti posse, jam porro ita disputas<sup>10)</sup>, ut luce clarius sit ne *tum quidem, quum haec scribebas, certum Tibi fuisse* quomodo hac de re statuendum esset, sed *inclinasse Te ad eam sententiam probandam, qua aemulationem* (i. e. Eifersucht) inter eos intercessisse volunt; Boeckhius enim simultatem s. vitiosam illam aemulationem, quae rivalitati similis est<sup>11)</sup>, inter eos intercessisse negat, Tu dicis Te nonnullis in rebus ab ejus judicio fortasse recessurum, sed ceteras quas Plato cum condiscipulis exercuisse seratur simultates etiam Tibi nihil nisi meram fabellam videri. *Neque igitur ullo pacto negare poteris, Te in utroque scripto locutum esse de ritiosa illa aemulatione, non de bona et laudabili.* Eamque ipsam sententiam ego Tibi tribui, eam impugnavi, nisi quod pro voc. *aemulatio* ter usus sum voc. *obtrectatio*, et semel *inridia atque obtrectatio*, qua in re num quid peccaverim alii videant. Ego quidem semper feci cum Döederl., qui l. l. p. 70 mea sententia rectissime ita disputavit: Geht jene mit der *aemulatio* gepaarte *inridia, livor, malignitas* auch in *That* über<sup>12)</sup>, so dass man durch Gegenwirkung, meist durch unedle Mittel z. B. Verkleinerung, dem Andern Abbruch thun und das Uebergewicht über den *aemulus* zu erlangen sucht, so wird sie *obtrectatio* sqq. Cf. etiam ap. eund. l. l. p. 65 definitio Nonii: *imitatio simplex est et livorem atque invidiam non admittit; aemulatio autem habet quidem imitandi*

<sup>6)</sup> *tangere* est aculeato dicto perstringere; cf. Ruhnk. diet. in Terent. Eun. III, 1, 30. Ego interpretatus crām *acerbe vituperare*. Ideone mihi fidem abrogari!! — <sup>7)</sup> Geschichte und System der Platon. Philosophie. Heidelberg 1839. — <sup>8)</sup> p. 537. — <sup>9)</sup> p. 32. — <sup>10)</sup> Auf die Frage über jene Eifersucht (zwischen Plato und Xenophon) werden wir später noch einmal zurückkommen und sie vielleicht im Einzelnen anders beantworten müssen als es in der neuosten und gründlichsten Behandlung derselben (Bückh. de *simultate* sqq.) geschehen ist; was man jedoch von sonstigen Misverhältnissen zwischen Plato und seinen Mitschülern im Alterthume gefabelt hat, die in dem anmassenden und ghässigen Charakter des ersten ibren Grund gehabt hätten, scheint auch uns nur aus derselben unlauteren Quelle niedrigen Sectenhasses entsprungen zu sein u. s. w. — <sup>11)</sup> licebit enim, quum eadem inter haec vocabula ratio intercedat, quae inter effectum et causam efficientem, promiscue iis uti; cf. Herzogii annot. ad Caes. b. G. V, 41. (edit. II.) *Simultas* ist so viel als eifersüchtige Spannung, Rivalität, wenn zwei Menschen nach gleichem Ziele streben, woraus das entsteht, was wir *Häkteleien* oder *Rancune* nennen, und zwar (ibid.) begegnet uns das Wort immer nur, wo von der in Schranken gehaltenen, gemessenen, aus eifersüchtigen Reibungen entstandenen Spannung der vornehmeren Stände oder auch der Staaten die Rede ist. — Similiter Doederl. synon. III. p. 72, qui *aemulari et simulare ad candem etiam originem refert*. Cf. etiam apud eundem Plin. Pan. 84. Nihil est tam primum ad *simultates* quam *aemulatio* sqq. — <sup>12)</sup> id quod vel maxime caderet in Xenophontem, si aemulatione et vitiosa ista quidem permotus suum Convivium Platonico opposuisset.

studium, sed cum malitia operatione; is enim quamquam in eo lapsus est, quod pro priam huius vim non perspexit, tamen non ita multum ab errore aberravit, quum et propriis huius significatio, quam p. 64 egregie exposuit Doederlinus, clarissime ostendat, et uero loquendi confirmet eam saepius in malam quam in bonam partem accipi. Itaque si vocabulum *aemulatio* ea significatione positum, qua quum plorunque ponitur, tum maximus a Te possum erat; eadem plane vim habet, quam et *irridere* et *obtridere*, quid inde culpa in me redundaret, si sciens ac prudens haec vocabula inter se commutasse? Nihil profecto! At invitus feci, id quod vel inde apparet, quod e loco quo universam sententiam Tuam assertebam<sup>13)</sup>, eodem quo Tu vocabulo usus sum. Nec iam fugit mea quid hanc verborum inter se permutationem efficerit. Volebam Tuas verbas<sup>14)</sup>, panis complecti, eamque ob causam, quum substantiva respectus et impugnatio henc vivi non haberent, in brevius contracta ita exhibebam: *de levioribus illis mutuae congruentiae atque obtridationis indicis.* Ad hunc vero locum tres reliquos accommodabam. Recens me Tuis verbis usurum fuisse libentissime fateor, sed neque erroris neque fallaciae quidquam sub hac verborum permutatione latet. Restat igitur unus locus<sup>15)</sup>, quo gravioribus sane verbis usus sum quam par fuit; neque enim inficias eo, qui operis Cœli vivium Xenophontis passim manifesta aemulationis vestigia sibi reperisse videbatur, eum parum recte dici per totum librum nihil vidiisse, nisi animum Xenophontis Platonis in festissimum; attamen etiam horum verborum apud aequos judices facilem venientem impetraturum spero, si reputaverint me neque Te nominasse et illo modo alioquin huc dixisse ab illa Tuae sententiae refutatione longe remoto; quo fit mihi probabile non Te solum animo meo obversatum fuisse, quamquam illa ad Te erant referenda, quum Tu, quod sciam, omnium primus contenderis, Xenophontem respexisse librum Platonis, non Platonem Xenophontis, sed totum illorum gregem, qui a priscis inde temporibus Xenophontem et Platonem inimicissimos inter se animos gessisse vellent; id quod eo comprobatur, quod non singularem, sed pluralem numerum posui. (*fuisse qui . . . viderent*).

Itaque quum negare non possis, ambiguo isti vocabulo *aemulatio* antea Te aliam vim tribuisse atque nunc facis, ne hoc quidem negare poteris, jure me impugnasse interpretationem Tuam verborum: *īva zai ēyw ēv Ἰογύριοις ὄνυασιν εῖπω*<sup>16)</sup>. Sed non magis probo eam quam nunc exhibes verborum Tuorum interpretationem<sup>17)</sup>. Nam quum mihi concedas, quin etiam si *nunquam Tibi hoc negare in mente fuit*, tangi his

13) p. 5 extr. — 14) p. VI. Quae tamen quamvis probabiliter disputata esse videantur, cum reliquis mutuae congruentiae argumentis, quae et ipsa dudum a viris doctis investigata sunt, acgre convenient; quae eo potius ducent, ut Xenophon Platonis Convivium respexisse atque impugnasse videatur. Nam ut leviora quasi velitationis causa praemittamus sqq. — 15) Nonne mirabimur fuisse quin in manifestissimis his consilii Xenophontei indicis per totam hanc orationem, quin etiam per totum hoc scriptum nihil viderent, nisi animum Xenophontis Platonis infestissimum? cf. p. 34. — 16) Conv. Xenoph. II, 26. Dissert. mense p. 6. — 17) Omnia tenendum est me, nisi fides mea tueenda fuisset, eam de qua adhuc legi quæstionem peneissimis verbis absolvere potuisse, quum ad litem nostram dirimendam nihil sere momenti habeat; neque enim aemulatio tantummodo, verum etiam imitationis vestigia in scriptis illis reperiri et antea negavi, et etiam nunc obtinere studebo.

Socratis verbis Calliam Gorgiae discipulum, quid vis amplius? Quod enim addis, vix Te arbitrari brevem illam mentionem, quae antea I, 5 nomine tantum tenus Gorgiae inter alios sophistas facta esset, ad joci illius vim exhauiendam sufficere, id mihi profecto pro nihilo videtur. Neque enim I. l. brevem tantum Gorgiae mentionem legimus, sed Socrates acerbo sale perficit Calliam, qui et aliorum sophistarum et Gorgiae disciplinae totum se dederit. Itaque illo loco admonitus qui intellexerit iterata hac Gorgiae mentione iterum iudi Calliam, is vim hujus joci cum saecibus exhauserit. Omnino vix intelligitur, quomodo hanc rem Tibi informaveris; nam si Xenophon *idecirco Agathonis orationem spectasset, ut se quoque (sicuti Plato fecerat) in Gorgiano tumore ridendo ostentaret*, longe aliter haec res ei aggredienda erat. Verba enim *ίνα καὶ ἐγώ ἐν Γοργιειοῖς ψήμασιν εἴπω* referenda sunt ad unum vocabulum *ἐπιψακάζωσιν*, quo uno vocabulo Xenophon quid ipse valeret in Gorgiano tumore ridendo ostentare neque voluit neque potuit.

Infelicius etiam ea impugnasti 18), quibus sententiam Tuam de verbis *ἰσήλικος τοῖς ἀειγενέσι θεοῖς* 19) refutavi. Tu enim quum congruentiae signum quoddam 20) hoc posuisses, quod Socrates Xenophontens, in unum conjunctis, quae apud Platonem Phaedrus et Agatho in Amorem contulissent, eundem aetate vetustissimum, forma ut qui maxime juvenem praedicarerit, ego isti sententiae Tuae ita non mihi occurrere visus sum, sed vere occurri, ut ostenderem ex verbis illis Socratis Xenophontei nullum omnino argumentum elici posse Platonis Convivium Xenophonti notum fuisse. Alteram enim laudem, qua uterque Amorem celebraverit, non recedere a vulgari totius antiquitatis opinione, quum veteres Amorem nunquam non formosum puerum et dixerint et fixerint; de aetate vero Amoris diversa omnia narrari a Phaedro Platonico et Socrate Xenophonteo. Ille enim quum in hoc ipso elaboraret, ut Hesiodi, Parmenidis, Acusilai testimoniis allatis evincat Amorem *unum omnium Deorum vetustissimum esse* 21), Socratem Xenophontem nihil dicere, nisi esse eum *ἰσήλικον ἀειγενέσι θεοῖς*. Itaque si re plane inversa hunc locum *discrepaniae signum* interpretatus es, videaris fortasse alicui habere quod sequare, sed quae dicas: Te Ipsum nihil aliud dixisse nisi *aetate vetustissimum* apud utrumque praedicari, idque ipsum vel maxime cadere etiam in eum, qui

18) p. II: Non majore sive diligentia sive fide p. 8 arguento nostro, quo Xenophonteum Socratem ea, quae apud Platonem Phaedrus et Agatho in Amorem contulissent, in unum conjunxisse diximus, ita sibi occurrere visus est, ut Phaedro Amorem *vetusissimum ex omnibus Diis*, Xenophonti aequalem tantum reliquis Diis appellari argueret, quum nos ipsi nihil aliud dixerimus nisi aetate vetustissimum apud utrumque praedicari, quod profecto etiam in eum cadet, qui *ἰσήλικος ἀειγενέσι θεοῖς* dieitur. — 19) Conv. Xenoph. VIII, 1. — 20) Cf. p. VI *mittimus exordium* sqq. — 21) Τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτεροι εἴναι τὸν θεὸν, τίμον, η δύστεκμόιον δὲ τούτον γονῆς γὰρ Ἐρωτος οὐτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ὕδιάτον οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡνίοδος πρώτοι μὲν χάος φησὶ γενέσθαι,

αὐτὰρ ἔπειτα

γαῖ' εὐρύστερος, πάντων ἔδος ἀσφαλὲς αἰεὶ,  
ἡδ' Ἐρος.

φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτων γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἐρωτα. Παραμειδῆς δὲ τὴν γένεσιν λέγει  
πρώτιστον μὲν Ἐρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

*τοῖλικος ἀεγείρεις θεῖς* dicatur, ea quid sibi velint tum demum assequar, quum mihi ostenderis eum, qui ante alterum natus sit, non esse maiorem natu quam eum, qui eadem quo illa tempore in lucem sit editus.

Iam igitur progrediamur ad artificium meum spectandum, quod p. II. med. his verbis describis: „nec melior causa est ejus artificii, quo p. 16 dubitationem nostram, num rem vere gestam ipsiusque Socratis disputationes eadem qua in Memorableibus fide Xenophon tradiderit (p. VII.) ita detorsit, ut hoc modo non veri Socratis imaginem, sed falsam quandam speciem ad Xenophontis libidinem compositam exhiberi insinularet! Hoc certe si inde sequeretur, profecto non apparceret, quomodo Plato, ipso Henrichsenio concedente, personarum proprietates praecclare servare potuerit, quem constat omnes fere sermones, quos certis personis tribuit, ex veri similitudine potius quam rei factae veritate conscripsisse; tantumque abest ut nostra sententia efficiatur, quod ille exprobrat *lectores Xenophontis quidem in rebus fingendis et adornandis soleritatem admirari potuisse, Socratis ingenium ex hoc libro cognoscere non potuisse*, ut hoc ipsum scriptori propositum fuisse arbitremur, ut demonstraret, quomodo Platonis scribendum fuisset, si communem magistrum ex ipsius personae veritate inter convivas de amore disputantem fingere voluisset. Quod quibus rationibus statuamus, mox enarrabimus; idem tamen etiam in superiore disputatione satis clare significavimus, nec nostra culpa est, si adversarius, quum in ipsam sententiae nostrae arcem invadere posset, verba rimari atque ea de nobis criminari maluit, quae suo loco intellecta cumque reliquo sententiae tenore conjuncta nihil offensionis habeant.“ — Hisque statim adjungamus ea, quae p. V extr. disputas: „quod autem arguit, *etiam tum superstiles fuisse ex convivis, quum hoc scriptum ederetur, quibus obscurum esse non potuerit fictum esse*, non videmus cur Xenophontem magis deterruerit quam Platonem, qui vel vivo Socrati tribuere non erubuit, de quibus ille se unquam cogitasse negaret, (Diog. L. III, 35) nec Gorgiae aut Phaedonis personis abstinuit, quos et ipsos legimus dicta sua in illius sermonibus non agnovisse (Athen. XI, 113). Idem tamen non obstitit, quominus viri omnium aetatum doctissimi Platonem dialogos suos descendendi Socratis causa scripsisse statuerent; idque profecto jure meritoque, modo illud servaverit, ne quid Socratem dicentem faceret, quod ejus persona indignum vel ab eo loco quem inter aequales tenuisset alienum esset; nec Xenophonti hoc consilium tribuere dubitamus, ut Socratis imaginem exhiberet, qualem ipse cognosset, talibusque in conviviis apparuisse expertus sciret; immo ut dicamus quod sentimus, haud scimus an contra ipsum Platonem magistri memoriam tueri voluerit, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, nunquam dicturus factorusve fuisse videretur, illius Convivio suum opposuit, ut ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisse, si Plato vel maxime magistrum inter pocula de amore disserentem singere voluisset. — Vides igitur me Tua verba suo loco quoque ordine posita accurate enarrasse. Quod si Tu quoque fecisses, neque in disputandi rationem meam tam acerbe inventus fuisse, et de ipsa sententia mea longe aliter judicasses. Iam vero quum et universi loci sententiam plane negligeres, et ea verba, quae nihil nisi antecedentium causam continebant, enuntiatum primarium faceres,

quis est qui misretur Te a sententia mea prorsus aberrasse? Neque enim unquam mihi in mente fuit contendere, si Convivio Xenophonteo nihil subesset rei vere gestae, exhiberi nobis a Xenophonte non veri Socratis imaginem, sed falsam quandam speciem ad illius libidinem compositam, sed hoc dixi, si ita se res haberet, „lectores potuisse illos quidem Xenophontis admirari in rebus singendis atque adornandis solertia, Socratis ingenium, quale (nos) ex hoc libro cognoscimus, admirari non potuisse, quippe qui non veram 22) Socratis imaginem referret, sed falsam quandam speciem ad Xenophontis libidinem compositam. Cum his si diligenter comparasses et proxime antecedentia et subsequentia 23), non poterat Te fugere verbis quippe qui non veram Socratis imaginem sqq. rationem afferri cur lectores, qui tunc erant 24), Convivio Xenophonteo Socratis admiratione impleri potuisse negaverim, neque eam rationem a me ipso additam, sed referendam esse ad illorum cogitationem 25). Lectores igitur intelligebam Xenophontis aequales eosque falsis opinionibus de Socratis et vivendi et docendi ratione innibutos. Hos negavi et etiamnunc nego ficta narratione de sententia sua deduci potuisse, nam multis de causis obscurum esse non potuit 26) ficta esse omnia. Fictis autem rebus ecqua fides habetur? Quis unquam sanus ad reum aliquem defendendum ea et dicta et facta ei tribuet, quae a patrono ficta esse inter omnes constat? an quis adversarius ei crebet, etiamsi omnes, qui familiaritatis vinculo cum reo illo coniuncti sunt, uno ore conclamant, mira quadam arte et quam maxime ad veritatem accommodate illa ficta esse? Non magis licuit neque Xenophonti neque Platoni in iis scriptis, quae ad defendendum Socratem confecerunt, a veritate recedere 27), quin etiam si hoc fecissent, verendum fuit, ne plus nocerent praceptoris quam prodessent. (v. ann. 23.) Idem visum est et Schleier-

22) quod vocabulum vellem non mutasses in *veri*; nam opponuntur inter se vera Socratis imago et falsa quedam species ad Xenophontis libidinem composita i. e., ut Tais verbis utar, imago Socratis ad *rei factae veritatem*; et imago ad *veri similitudinem* a Xenophonte expressa; sed quum posterior haec notio summa vi mihi esserenda esset, (cf. inf.) gravioribus verbis usus sum. — 23) p. 16. Denique, id quod mihi longe gravissimum videtur, quum Convivium, Boeckhii verbis ut utar, pars sit operis Socrati defendendo ejusque universae vitae generi moribusque adumbrandis scripti, (annot. 3: id quod Hermannus concedit, sed causa parum gravi permotus, cf. Hartung. de part. gr. vol. II. p. 39) si vera esset Hermanni sententia (res a Xenophonte Convivio narratas omnes ad liberum ejus arbitrium fictas esse), incaute admodum atque imprudenter egisset Xenophon. Quo loco convivium habitum esset, et quo tempore, et quos inter convivis, omnino omnia accurate ac distinete posuit; *ex convivis autem, quum hoc scriptum ederetur, complures sine dubio superstites erant; itaque obscurum esse non potuit, ficta esse omnia;* et nihilominus est, qui quum hoc scriptum defendendo Socrati destinatum esse concedat, res vere gestas narrari neget? Male profecto consuluisset Xenophon famae praceptoris, cui videlicet defendendo opus esset rebus fictis. Lectores autem poterant illi quidem sqq. v. sup. Et ne Plato quidem, qui omnium judicio in rebus ad suum arbitrium singendis multo magis sibi indulxit quam Xenophon, tantum sibi sumvit, ut quibus scriptis hoc ipsum egit; ut Socratem, ab omni mala suspicione liberatum, qualis et quantus vir fuisset, ad posteritatis memoriam conseceraret, (ann. 4: Apologiam potissimum dico et Cironem, quamquam in hunc dialogum minus hoc cadere videtur quam in illum, cf. H. Ritteri hist. phil. II, p. 33) in iis ab ipsa veritate recederet. cf. Schleierm. in praef. ad intp. germ. 2, p. 181 sqq. et 233. — 24) cf. lectores poterant. — 25) cf. ann. 23 cui videlicet defendendo opus esset rebus fictis. — 26) ita enim dixeram, non ut Tu cum maximo ipsius sententiae detimento dixisse me perhibes. — 27) quod tamen quomodo intelligi velim v. dissert. m. p. 17. —

machero, et H. Rittero, et Stallbaumio, qui in *præf.* ad *apolo.* Socr. p. 4 verissime Platōnem apertum est, inquit, in hac scriptione rationem Socraticam tam fideliter exprimere conatum esse, ut proponendum liceat cum Schleiermacher suspicari eum ipsa Socratis verba, quantum quidem fieri posset, conservavisse. Nec quae in libro Tuo (Gesch. u. Syst. etc. p. 631 ann. 369) disputas eam vim habent, ut sententiam meam, ex ipsa defensionis notione haustam, labefacient, quum neque illa firmis argumentis militantur, et ea, quae p. 471 disseris<sup>28a)</sup> apertissime ostendant Te Ipsum ultra sententia praeferenda sit dubium haesitare.<sup>28b)</sup> — Non majore cum probabilitate ea disputata sunt, quae p. VI et VII affers: „apologeticum quidem consilium libenter Te amplecti; sed quaerendum esse, a quoniam defendendum Socratem hoc modo Xenophon putaverit? Certe non ab accusatoribus; hos enim longe alia quam conviviorum obviodorum rationem Socrati exprobrasse, neque a populo, qui eum potius Socratem nosset, qui in foro et officinis cum adolescentibus disputasset; ergo neminem restare, nisi Platōnem, qui in Symposio suo Socratem multa et loquentem et audientem fecisset, quae quo divinius excogitata erant, eo minus arridere Xenophonti possent; qui humanum tantum Socratem nosset, idque ipsum huic propositum suisce, ut Platonico illi simulacro veram Socratis imaginem objiceret, quale se illum et in convivio universo inque primis in disputatione de amore ex Xenophontis sententia gerere consentaneum fuerit.“ Nam si praemissa vera essent, etiam consequens recte se haberet; atqui vera non sunt, ergo consequens quoque corruit. Quidni enim et ab accusatoribus, qui Socratem perdere adolescentes dixissent, et a populo, qui id sibi persuaderi passus esset, praceptorum hoc modo defendendum Xenophon putaverit? Neque profecto rectius, credo, hoc facere potuit, quam ita, ut ostenderet Socratem ibi quoque, ubi remotus a conspectu populi cum familiis in laeto convivio versaretur, non modo non perdidisse adolescentulos, sed seria joca ad eorum ipsorum utilitatem et fructum retulisse. Atque hoc demum Xenophontis consilio perspecto plane intelligemus, quam prudenter ea extulerit, quae Socrates disserit, ut commoveat Calliam ad castum Autolyci amabilissimi amorem sancte colendum; Platōnem vero, ut cetera faceam, quae huic sententiae multa obstant quaeque sequenti disputatione mea accuratius exponentur, vel ideo in hac causa Xenophon impugnare non potuit, quod profecto tam satius non erat, ut non perspiceret Platōnem longe aliud quid in Symposio suo egisse, quam ut Socratem *qualis in vita sua fuisse*

<sup>28a)</sup> sei es nun dass Socrates selbst am Ende seiner Laufbahn die vereinzelten Strahlen seines grossartigen Strebens in einem solchen Gesamtbilde vereinigt habe, oder dass Plato durch diese Gelegenheit zu einem derartigen Versuche veranlasst worden sei. — <sup>28b)</sup> Quum jam in eo essem ut hanc epistolam prelo subjicerem, peroportune assertur mihi tom. II. historiae philosophiae Graeco-Romanae a Brandisio scriptae (Berolini 1844), quem hominem doctissimum quum in hoc quoque libro de plerisque omnibus rebus, quae quidem ei tractandae erant, egregie mecum consentientem vidi sem, temperare mihi non potui, quin in gravioribus locis ad ejus auctoritatem provocarem. Cf. igitur p. 27: Allerdings musste die Darstellung des Socrates in den Wolken Verkenntung und Hass des edlen Weisen, wenn nicht erzeugen, so doch gewiss schärfen und erweitern, wie auch er selber in seiner von Plato ausgezeichneten Vertheidigungsrede zu erkennen giebt; et pag. 29: — — — Die von Plato wahrscheinlich sinngetreu ausgezeichnete Vertheidigungsrede. — — —

depingeret enique de hoc vulgari hominum amore disserentem faceret. Quod si Xenophontem probe intellexisse verisimilimum est, quid erat quod magistri memoriam contra ipsum Platonem tueri vellet? Nisi forte sumis Xenophontem etiam Memorabilia sua non Socratis defendendi causa scripsisse, sed ut ea placita impugnaret, quae Plato suo Socrati dedisset! —<sup>28c)</sup>

Sed satis hac de re, ad sequentia progrediamur, quibus quid de permutatis a Xenophonte Phaedri Pausaniaeque apud Platonem dictis statueris tam perspicue explicas, ut libentissime concedam, parum recte me ita Te impugnasse, ac si Xenophon „ea, quae Socratem suum loquentem fecerit, ab ipso Pausania quasi mutua sumserit eique postea suppositiciis sententiis malam gratiam retulerit.“ Qui tamen error meus, sive mea sive Tua culpa in eum incidi, nequaquam tam gravis est, ut quae de locis illis<sup>29)</sup> statui<sup>30)</sup> omnia jam abjicienda arbitrer, quin quo diutius sententiam Tuam, quam Tute Ipse in sola suspicione positam dicois, considero, eo clarior mihi intelligere videor in ea, quam antea proposui sententiam, etiamnunc mihi constanter permanendum esse. Nam ut taceam interpretationem istam Tuam<sup>31)</sup>, etiamsi nihil aliud ei obstaret, tamen nimis quaesitam videri: et de Phaedri et de Pausaniae oratione perperam judicasti, neque satis possum mirari, quod etiamnunc firmissime asseveras, utramque orationem turpitudinis nota infamem esse. Nam quod Suidam appellas, qui παιδικὰ ὡς τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων dici testetur, neque ille neque Tu negas vocabulum illud etiam ad sanctius amoris genus transferri, nec majoris momenti est, quod Phaedrum claris verbis masculum amorem cum semineo conjungere dicis, immo vero haec ipsa res, quod Phaedrus ad vim amoris declarandam non virorum tantummodo, verum etiam carissimorum conjugum exemplis uititur, apertissime ostendit non loqui eum de turpi illo ac flagitioso amore, sed de probo honestoque, qui instiget homines ad praeclarissima quaeque facinora edenda. Xenophon autem (VIII, 31) si vel maxime παιδικῶν condicionem in eo ponit, quod est συγχαθεύειν, libentissime equidem amplector hoc argumentum, quod ad meam sententiam firmandam Ipse mihi suppeditas; neque enim hoc συγχαθεύειν magis conuenit in Phaedri sententiam quam illud ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίας συγκυλινδουμένων. Nolo ea repetere, quae

<sup>28c)</sup> Cf. Brandis I. l. p. 32. Doch sah sich Xen. veranlasst noch fünf Jahre nach erfolgter Verurtheilung seine Denkwürdigkeiten als Schutzschrift für seinen Lehrer zu verfassen, augenscheinlich in der Voraussetzung, dass das gegen ihn verbreitete Vorurtheil keineswegs schon hinlänglich beseitigt sei. — <sup>29)</sup> Xen. Conviv. VIII, 32. Plat. Conv. VI, 178 E. — <sup>30)</sup> cf. diss. m. p. 10—14. — <sup>31)</sup> de qua ut ii quoque, qui libellum Tuam fortasse ad manum non habent, ipsi judicare queant, verba Tua, quae quidem ad rem faciunt, hue transscribam: Xenophontem in permutatis Phaedri Pausaniaeque apud Platonem dictis consulto quasi memoriae lapsum commisisse suspicati sumus, ut postquam Pausaniae orationis partem Socrati dederit, in tanta placitorum similitudine externa personae tamen turpitudinem notaret. — — — Henrichsenius intelligere noluit, quod quamvis claris verbis in ipso disputationis fine diximus, agi hic videri de placitis Prodicis, quae cum Plato reprehendendi causa notae turpitudinis homini Pausaniae tribuisse, Xenophon, quem et ipsum Prodicu auditorem fuisse constat, in Socratis os translata ad meliorem exitum perducere cōnatū sit, eadem autem opera, ne quid cum Pausania commune habere videretur, in hunc ea contulerit, quae Plato Phaedrum ἔπειρ τῶν ὀκρασίας συγκυλινδουμένων dicentem fecisset.

diss. m. p. 11 et 12 de universa illarum orationum indole uberioris disserui, quae quod minus falsa habeam impedit et certissima de veritate sententiae meae persuasio, et consensus summorum hominum; nam et Boeckhius <sup>32)</sup> prorsus mecum consensit, et Fr. Jacobsius <sup>33)</sup> tantum abest ut orationibus illis effrenatarum libidinum patrocinium susceptum esse putet, ut eas, et maxime priorem illam, ut luculentissima castissimi amoris, quo veteres amplexi sint pueros, documenta proponat <sup>33b)</sup>. Quod attem p. III. mirae cuiusdam credulitatis me incusat, qui omnia quaecunque alicui personae vel apud Platonem vel apud Xenophontem tribuantur, ad ipsum hominem, cuius nomen praescriptum est, non ad dialogi scriptorem retulerim, qui illum ita loqui juss erit: si eram credulus, certe eram Boeckhio <sup>34)</sup>, quem Ipse tanti facis, ut (p. IX) ejus auctoritatem non recentiorum tantum scriptorum, sed ex veteribus etiam Pausaniae, Luciani, scholiarum testimentiis <sup>35)</sup> facile opponas! Neque jam ejus me credulitatis poenitet. Nam si, ut facis, verissimum esse concedis Platonem quinque illis oratoribus consulto et de industria multa vana atque falsa tribuisse, ne hoc quidem negabis, Xenophontem refutanda falsa aliqua sententia ab illorum aliquo prolata non potuisse tangere Platonem; nam ea ipsa de causa Plato ita eos loquentes fecit, ut falsa et amoris naturae parum convenientia proferrent; nisi forte arbitraris Xenophontem, quum universum illud Platonis in Convivio confiendo consilium non assecutus esset, quaecunque apud eum de amore dicerentur ex Platonis animo ac vera persuasione profecta putasse! Itaque si Xenophon sententiam aliquam in Conv. Platonis vel a Phaedro vel ab allo quo propositam impugnasset, scis enim ne hoc quidem mihi probabile videri, sed si fecisset, tamen eo non laederet Platonem, sed aut ipsam illam sententiam reprehenderet, auctoris ratione non habita, aut subesset quaedam ejus vituperatio, cuius ingenio Plato istiusmodi sententiam accommodatam habuisset. — Sed quod mihi exprobras me istum memoriae lapsum tribuisse Socrati, quum Ipse eum Xenophonti tribuisses, id verum esse nequaquam infitior. Ego enim, qui Xenophontem rem vere gestam retruisse existimarem, quem memoriae lapsum in Socratis verbis detectum Tu Xenophonti tribuebas, eum non poteram quin ad Socratem ipsum auctorem referrem. Hoc igitur quum libenter Tibi largiar, me parum recta disputandi ratione usum esse, quum quae subsequitur disputatio de fide Convivii Xenophontei quae dicitur historica aut praemitenda, aut saltem, quod ad hunc errorem effugiendum jam sufficiebat, lectorum animi ad illam disputationem advertendi fuissent: idem tamen recte mihi contendere videor hunc errorem quandam ad rem ipsam, de qua est quaestio, nihil pertinere, quum etiam nunc persuasum habeam Convivium Xenophontem rem referre vere factam, non fictam. — Circulum autem in demonstrando <sup>36)</sup> non commisi. Nam has sententias Convivium Xenophontem et opus esse summa arte factum, et fundamento superstructum historico, optime posse inter se conciliari vel ex iis patet, quae diss. m. p. 17 disserui. —

<sup>32)</sup> de similitate etc. p. 13. — <sup>33)</sup> Vermischte Schriften III, p. 230 sqq. — <sup>33b)</sup> cf. quae cum mea sententia plane convenientia exposuit Brandis I. l. p. 413 et 414 sqq. — <sup>34)</sup> de similitate p. 16. — <sup>35)</sup> cf. diss. m. p. 24. — <sup>36)</sup> cf. diss. T. p. III, s. f.

Sed ut ad illam quaestionem redeamus, supra jam vidimus. Te illud argumentum, quod quum ex ipsa defensionis notione ductum sit longe plurimum ponderis habet, alieno loco et miro quodam modo impugnasse<sup>37)</sup>; sed ne ea quidem argumenta, quae quasi velitandi causa ut multo leviora<sup>38)</sup>, illi praemiseram, quamvis ea urgeas ita refutasti, ut jam omittenda arbitrer. Neque enim profecto opus fuit insignissimo isto Ciceronis exemplo<sup>39a)</sup>, quo comprobares dialogorum scriptori quamvis veritatem affirmanti non esse fidem habendam; nam ex philologorum numero vix quemquam reperies, qui quid sit dialogus adeo ignoret, ut universam sententiam istam in dubitationem vocare audeat, quum abunde constet in dialogis plerisque omnibus non veram inesse, sed assimulatam materiam, atque in ea ipsa re summam scriptoris artem cerni, si veritatis speciem quam optime assequi calleat. At potest tamen fieri, ut aliae quaedam res ejusmodi affirmationi vim indant nequaquam contemnendam, idque ipsum in hoc Xenophontis dialogo evenit, quippe cuius ratio a ceterorum qui vulgo seruntur dialogorum natura plane diversa sit. Vidiimus enim — nam saepius mihi idem dicendum — totius operis ad defendendum Socratem compositi<sup>39b)</sup> naturam atque indolem a fictis rebus vel maxime abhorrente; deinde et antea exposui, et infra accuratius etiam exponam neque in singulis locis quidquam inesse, quod Xenophontem hoc prooemio non veram animi sententiam professum esse demonstret, et universum hujus scripti consilium, quod pag. 26—35 uberior explicavi, cum primis illis Xenophontis verbis egregie congruere. Itaque quum Xenophon, omissa veritatis studio, id quod voluit assequi nullo modo posset, quumque totum hoc opus eandem illam quam in ipso initio nobis ostendit veritatis speciem prae se ferat, nonne illi veritatis affirmationi aliquid tribuendum erit, quamquam ipsa per se in dialogorum scriptoribus nihil ponderis habet? — Objicis mihi ejusdem Xenophontis Oeconomicum, cuius in initio eandem veritatis affirmationem legi, tametsi quae cap. IV. de Cyro juniore ejusque morte narrantur omnem ei fidem abrogent, et luce clarius ostendant scriptorem talia qualia hic Socrati tribuit, coram disserentem audire non potuisse. Qua in re vereor, ut Tibimet Ipsi constes. Quarta enim pagina quum jure meritoque anachronismis, quos in prioribus dissertationibus nostris Tu Tibi deprehendisse, ego ad justam temporis rationem revocasse mihi videbar, adeo nihil tribuas, ut eos ad tempus, quo Convivium scriptum sit, constitendum nihil prorsus conserre dicas<sup>40)</sup>, jam quinta pagina maximum auctoritatem tribuis

37) Etiam p. V. idem hoc argumentum attingis, sed ita, ut eodem mutate in simili id ipsum, quo hujus argumenti summa continetur, prorsus negligas. Sub finem vero ejusdem p. verba mea ex medio enuntiato a Te erupta et pro Tu libero arbitrio commutata atque in diversissimam sententiam conversa esse supra jam expositum est. — 38) cf. p. 15 extr. Quam autem ex primis statim verbis praecepimus sententiam, eam firmare videntur indieia quaedam in ipsa convivii narratiene latentia. Et p. 16: Denique, id quod mihi longe gravissimum videtur sqq. — 39a) cf. diss. T. p. V, s. f. — 39b) cf. etiam Brandis I. 1. p. 20 annot. bhh) — — — Xenophon's der Vertheidigung und Verherrlichung seines Lehrers gewidmete Trilogie, Denkwürdigkeiten, Gastmahl und Haushälter. — — — 40) Non est igitur quod doctissimam disputationem Tuam de Conv. Xen. IV, 31 (p. IV.) accuratius exigam; sed hoc tamen, sicut Tu fecisti, in transcurso moneo, me plane non videre, quo jure asseveraveris, *Charmidis terba aperte cleruchias spectare.* Quidai enim

ei loco, quem scis ab omnibus fere anachronismum haberi. Quam sententiam si cum magna quadam probabilitate veram esse sumimis, omnis argumentationis Tuac vis corruit. Nam ut paucis Tibi exponam, quid de natura atque itidole hujus scripti statuam: Economici eadem mihi ratio videtur, quae Memorabilium et Convivii; sicut illa scripta, sic hoc quoque narrationem continet rei vere gestae, cui Xenophon intersuit, quamque postea, quum Scillunte in otio degeret, ad praceptorum suum dilectissimum et defendendum et celebrandum accuratiore stilo enarrandam putavit. Ille vero locus mea sententia merus est anachronismus, quem Xenophon Socratis verbis inseruit; qua in re nemo facile offendet, qui reputaverit, quanta admiratione Xenophon amplexus sit Cyrus. — Nec magis mihi probasti, quod cap. II. init., si Xenophon convivio interfuisset, necessario pro *αὐτοῖς* requiri contendis *ἥμιν ἔργεται ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος*, nec debuisse obmutescere inter convivas eum, qui aliquot annis ante apud Delium fortiter pugnasset. Ego contra mirarer, si Xenophon vel aliter scripsisset, vel ea, quae inter convivas ipse locutus fuerat, in scriptum suum recepisset. Est enim haec inter veteres et recentiores scriptores haud minima differentia, quod quum apud illos res ipsae loquantur, apud hos scriptorem loquentem atidimus. Quam egregiam virtutem quo facilius assequerentur, ii scriptores, qui suas ipsi res gestas memoriae prodiderunt, nunquam, quod sciam, prima persona, ut ajunt grammatici, de se locuti sunt, sed Xenophon de Xenophonte, Caesar de Caesare. Instar omnium luculentissimum illud exemplum pono, quod Anab. III, 1, 4 legitur, ubi Xenophon res egregie a se gestas narraturus incipit ab his verbis: *ἡν δέ τις ἐν τῇ στρατιᾷ Ξενοφῶν Ἀθηναῖος* z. τ. λ. Similis quaedam est hujus scripti condicio. Itaque postquam statim initio, quo majorem narrationi suae fidem faceret, hoc extulit, praesentem se haec omnia ipsum et vidisse et audivisse, jam in sequentibus nullam sui mentionem facit, neque, id quod vel maxime decet elegantem Atticum, ea commemorat, quae ad augendam convivii hilaritatem ipse contulerit. Eamque ob causam vix putaverim sub iis verbis, quae cap. III, 12 et 13 leguntur, ipsius Xenophontis personam latere, ut probabile visum est Saupio<sup>41)</sup>, qui quod alioquin quum hac de re, tum de universo Xenophontis consilio prorsus mecum consentit, mirifice laetor. — Quod denique p. 16 init. pbsui argumentum sat lepide Tu quidem impugnas, sed neque Wielandianam neque meam sententiam perspexisti. Neque enim locutus sum de *formula* illa *οὐτος μὲν δὴ ὁ λόγος ἐνταῦθα ἐληξεν* semel vel bis in Convivio Xenophontis posita, sed de *frequentissimo ejus usu*. Hoc igitur significabam: si Xenophon omnia pro suo arbitrio finxisset, majore eum arte usum, et singulas narrationis partes elegantiore nexu inter se conjuncturum fuisse; sed

licebit de Amphipoli, colonia Atheniensium, cogitare, ubi non ita paucos Atheniensium possessiones habuisse probabile est? (cf. Thuc. IV, 103 sqq.) Neque necesse est τὰ ὑπεροχία agros intelligi, nam sunt fere agri vel possessiones (*κτήματα*) extra Atticae fines sitae (cf. Sauppe ad h. l.) Recte igitur Fr. Vater in N. Jahrbücher f. Phil. u. Pädag. v. Jahn u. Klotz IX, p. 63: *nec id plane incredibile est Charmidis τὰ ὑπεροχία ab hostibus occupata esse Ol. 89, 3, quia illo tempore Thraciam vastavit Brasidas.* — 41) in prolegg. elegantissimae edit. Conv. Hier. Agesilai. Helmst. 1841.

quum rei vere gestae multa de suo assingere noluisset, eum sat habuisse unam narrationis partem alteri simpliciter adjungere, ejusque rei indicium quoddam inesse in frequentissimo illo et hujus et simili locutionum usu: nam esse eas accurate rescentis et priusquam ad sequentia progrederiatur antecedentia quasi concludentis. —

Jam igitur quom ea, quae pro mea sententia attuleram argumenta, satis mihi defendisse videar, regrediamur ad ea consideranda, quibus Tu ostendere conaris, ipsam rem cogere, ut magnum multorum annorum spatium inter Memorabilia et Convivium intercessisse statuamus. Cujus disputationis summa eo redit, ut internam utriusque scripti indolem et artificium toto coelo diversum esse contendas, quum Convivium non tantum ambitu et accuratiore ejusdem argumenti per multa capita tractatione, sed etiam miro quodam et prorsus singulari ornatu externaeque formae lenociniis ab illis, ubi omnia simplicia vel etiam rudia sint, quam maxime differat. Quae quamquam in universum recte disputata sunt <sup>42)</sup>, fontem tamen, ex quo discrimen istud, quod inter utrumque scriptum intercedere facile Tibi concedo, promanarit, si quid recte video, non aperuisti. Causa enim majoris quae in Convivio conspicua est artis videtur non esse quaerenda in longiore temporis spatio, quod inter utrumque scriptum interjectum fuerit, sive in ingenio Xenophontis temporis progressu ad majorem in scribendo artem excuto, sed inest in ipsa materiae quam tractavit Xenophon natura atque indole. Convivium enim frequenti convivarum congregatione celebratum, omnibusque quae ea aetate usitatae erant deliciis ornatum quum scriptori res ad describendum praebaret vel maxime varias, nisi Xenophon dissimilia accurate disjunxit, conjunxit similia, graviora extulisset, depressisset leviora, ne multa, nisi et in rebus disponendis et in verbis eligendis atque componendis eximiam quandam artem expromisset, ne taedium quidem legentium effugere, nedum Socratem ita celebrare poterat, ut cuius facile appareret eum vel inter hilarissimos convivas commorantem nihil non ad aliorum quum delectationem tum utilitatem convertisse. At contra in Memorabilibus tali artificio nihil opus fuisse non est quod uberior explicem. Sed haec ipsa Convivii et Memorabilium differentia ex diversa materiae, in qua ei elaborandum fuit, natura profecta, quum alterum opus simplicem ac nativam expositionem admitteret, artificiosam atque elegantem flagitaret alterum, sine ulla dubitatione movit Xenophontem, ut ea scripta separatim ederet. Oeconomicum vero cur cum Memorabilibus conjungere noluerit, nisi major ejus ambitus hoc effecit, id quod mihi valde probabile videtur, vix quisquam hodie dixerit; sed hoc certe appareat, non posse inde colligi Oeconomicum aliquanto tempore post scriptum esse!

Venimus igitur ad secundam disputationis Tuae partem, qua hoc Tibi demonstrandum proposuisti, non modo alterius Convivium alteri notum fuisse, verum etiam Xenophontem potius Platonis quam hunc illi successisse. Sed priusquam accuratius per-

<sup>42)</sup> Nolo enim leviora exagitare, velut quae dicis, Socratem in Convivio post multas demum alieni splendoris et faciarum velitationes apparere; nam nihil quidquam in hoc libro alienum esse, sed maxima minima facere ad Socratis imaginem illustrandam in priore diss. m. (p. 26—35) mihi evicisse video. —

pendamus, quibus argumentis sententiam istam confirmare studueris, occurrendum videtur ei criminationi, quia me nihil argumenti pro mea sententia attulisse insimulas<sup>43)</sup>. Istud quidem verum est me unum tantum argumentum attulisse<sup>44)</sup>, quo demonstrarem<sup>45)</sup> ignorasse inter se Conviviorum scriptores, neque nego hoc unum argumentum patrum firmum esse. At, quaeso, si eiusmodi argumenta ex his scriptis erit possent, putasne tum a priscis inde temporibus doctissimos homines de necessitudine, quae inter haec scripta intercederet, tam diversas et pugnantes inter se sententias omnino fuisse proposituros? Evidem vix crediderim futurum fuisse, ut ea omnes fugerent. Quare quum probe intelligerem ultra probabilitatem in hac quaestione progredi omnino non licere, nullo profecto loco professus sum velle me demonstrare ignorasse inter se Conviviorum scriptores, sed quomodo et Tu et alii multi homines doctissimi in ea essentis sententia, vel Xenophontis scriptum Platoni vel Platonis Xenophonti notum fuisse, quin etiam id quod longe gravissimum est, manifesta vel imitationis vel aemulationis et vitiosae quidem aemulationis (v. sup.) vestigia continere, id mihi proponebam demonstrandum<sup>46)</sup> in iis omnibus, quibus Vos usi eratis locis, ne levissimum quidem neque imitationis neque aemulationis indicium reperiri, et universum triusque scriptoris consilium tam diversum esse, ut a probabilitate vel maxime abhorreat alterutrum scriptorem alterius aemulatione commotum suum opus confecisse. Quod consilium secutus illo de quo modo locutus sum loco nequaquam hoc agebam, ut in universum demonstrarem ignorasse inter se Conviviorum scriptores, sed hoc enuntiatum cum antecedentibus arctissime cobaeret, iisque firmandis et in majus etiam augendis inservit. Hoc igitur dicebam: Tantum abest ut locus ille de amore Achillis et Patrocli ostendat Xenophontem ea, quae apud Platonem Phaedrus de eadem re dixisset impugnare voluisse, ut inde vel hoc tibi concludere posse videaris, eum ne legisse quidem Platonis Symposium. Nihil amplius me voluisse quum ex universo sententiarum nexu, tum ex ipsis verbis meis<sup>47)</sup> manifestum est. Melius quidem fuit, si ita scripsisset: Quin hic locus ostendere videtur non legisse Xenophontem Platonis Symposium, vel, si legit, noluisse illud impugnare; nam hoc certe cum summa probabilitate ex hoc loco colligas (v. inf.), Idque ipsum menti meae obversatum fuisse ea ostendunt, quae proxime subsequntur: quod si legisset voluisse que impugnare. Ego igitur quum in eo mihi acquiescendum putarem, ut nihil necessitudinis inter Xenophonteum et Platonicum Convivium intercedere demonstrarem, idque et iis locis, in quibus adversarii mei vel similitudinis vel dissimilitudinis aliquid reperiri voluerunt, rectius, ut mihi quidem videor, interpretandis, et exponendo eo, quod uterque scriptor secutus est consilium plane diversum et fere contrarium, evincere conarer, jam Tu non sine magna quadam iniunctate<sup>48)</sup> ejus sententiae argumenta

<sup>43)</sup> p. VI. — <sup>44)</sup> p. 9 extr. — <sup>45)</sup> cf. tamen infra. — <sup>46)</sup> cf. p. 26 et 42 extr. — <sup>47)</sup> quin — videtur — vix intelligitur. — <sup>48)</sup> Ab eadem ista iniunctate profectum videtur, quod ea verba, quae p. 13 scripsaram: perinde ac si de eadem re non possint duo dicere idem, in aliam quamque plane ineptam sententiam detorsisti (p. VI). Quis enim nisi stultus in hac ipsa quaestione de necessitudine Convivialis Platonici et Xenophontei in universum istiusmodi sententiam proloquatur: nihil insoliti habere, si de eadem re dico.

requiris, cuius nusquam patronus existit. Utrum vel Plato (Xenophontis<sup>49</sup>), vel, ut Tu via, Xenophon Platonis scriptum legerit, an non legerit<sup>50</sup>, neque Tu pro certo affirmare neque ego negare possum; libentissime autem Tibi concedo potuisse fieri, ut alterius liber alteri innotesceret.<sup>51</sup> modo hoc teneamus, ejus rei indicia quum in scriptis eorum nulla appareant, apertum esse neque alterutrum librum alteri originem debere, neque haec scripta inter se opposita esse.

Semper igitur ad singulos illos locos recurrentum erit videndumque, num quid in iis vel similitudinis vel discrepantiae insit, quod nobis alterutrum scriptorem alterum respexisse ostendat. Quia in quaestione vel maxime doleo, quod denuo iniquitatis Te incusare debo. Agitur autem de illis locis<sup>52</sup>, quibus apud utrumque scriptorem exemplum Achillis et Patrocli laudatur. In iis enim interpretandis hoc primum mihi objicis (p. VI, med.) me neglectis iis, quibus ipsa sententiae Tuae summa continebatur, extremam tantum verborum Thorum partem attulisse. Quia criminatio nihil prosector iniquius singi potest. Nam qua alia in re omnis quae antecessit disputatio mea versata erat quam in ipsa ista sententia Tua impugnanda? Ecquid igitur opus fuit omnia ista, quae antecedentibus satis jam refutata erant, repeti, praesertim quum vel lineolis praepositis omissum esse aliquid sat clare significarem? Omnino omnem hanc disputationem meam<sup>53</sup>) ita contorsisti et pervertisti, ut quae rectissime disputata erant merae ineptiae evaderent; in quem tantum errorem quomodo clarissima verba mea Te inducere potuerint, omni quaestione quanta fieri potest maxima perspicuitate iterum proposita, Ipse judicabis: Phaedrus Platonicus, disertus ille amoris laudator, quum hoc probare velit, Deos amorem amati (*τῶν παιδικῶν*), amantis (*τοῦ ἐραστοῦ*) amori longe praeserre, Achillem τὰ παιδικὰ suisse singit, Patroclum τὸν ἐραστήν, et vehementer vituperat Aeschylum, qui Achillem ἐραστήν Patrocli fecisset (Patroclum τὰ παιδικὰ Achillis). Socrates autem Xenophontes, non amorem sed amicitiam praedicatorus, Patroclum ab Homero non παιδικά, sed ἑταῖρον appellari dicit. Ex his igitur locis ut argumentum aliquod eliceret Xenophontem Platonis Convivium respexisse atque impugnasse, Tu haec posueras: „Accedit exemplum Achillis et Patrocli, quod cum alter tanquam amoris documentum proponat, alter in eo pugnat, ut non amantes sed amicos inter se suisse ostendat: sed ut Plato Aeschylum cum Homero comparet, Xenophon, dum Homerum laudat, Platonem tecte reprehendere videatur.“ Ego contra eam quam Boeckhius jam monstraverat viam ulterius secutus ex his locis neutrum demonstrari posse ostendebam. Nam pro diverso quo uterque hoc exemplo usus sit consilio neque Xenophontem neque

idem dixerint? De una aliqua sententia sermo erat eaque apud omnis generis scriptores frequentissime obvia. In eam quod et Phaedrus Platonicus et Callias Xenophontes inciderit nihil dixi insoliti habere, et ne Tu quidem Ipse in hae re quidquam insoliti invenisti. — 49) cf. diss. m. p. 17 extr. — 50) Ad hunc ordinem, quo haec scripta inter se exceperint, constituendum quod Tu adhibes (p. VI extr.) testimonium Jos. Rhacendyti in Walzii rhet. gr. tom. III p. 511, ei cave tantum tribuas, quantum tribuisse videtur ille nescio quis Marburgi incola, qui in Zimmermanni Zeitschr. f. d. Alterth. 1841 VIII, 5. de libello Tuo ad homines doctos retulit. Quaenam enim tanta potest esse Jos. Rhacendyti auctoritas! — 51) cf. dissert. T. p. VI s. s. — 52) Conv. Xen. VIII, 31; Conv. Plat. 180 A. — 53) diss. m. p. 8—10.

Platonem aliter loqui potuisse; quod autem in idem exemplum inciderit uterque, nihil id miri habere; quoniam quum universi Graeci, tum imprimis Socrates et Plato nihil saepius in ore habeant quam Homerum, ex Homeri autem carminibus nihil magis celebratum fuerit quam illa ipsa de Achille et Patroclio narratio; huc accedere, quod et Phaedrus Homeri sit amantissimus et Socrates loquator cum Nicerato, qui et ipse Homero sit mirum in modum deditus. His uberior etiam expositis, haec addebam: „illud vero equidem prorsus non assequor, quid his verbis Hermannus sibi voluerit: — sed ut Plato Aeschylum cum Homero comparet, Xenophon, dum Homerum laudat, Platonem tecte reprehendere videatur.“ Nam si Socrates Xenophontes pro (οὐχ) ὡς παιδικοῖς Πατρόκλῳ (VIII, 31) dixisset (οὐχ) ὡς ἐραστῇ (ita enim Phaedrus Platonicus p. 179. E. Patroclum vocaverat), tum fortasse putaverit aliquis, ut Plato cum Homero comparet (et reprehendat) Aeschylum, ita Xenophontem tacite opponere veram Homeri sententiam (Patroclum ἐταῖρον suis Achillis) falsae sententiae Phaedri Platonici (Patroclum ἐραστὴν suis Achillis); sed quum dicat οὐχ ὡς παιδικοῖς aperte impugnat vulgarem ab Aeschylo profectam de Achille et Patroclio sententiam (Patroclum τὰ παιδικὰ suis Achille τὸν ἐραστὴν), quam Phaedrus quoque improbat, quocum ab hac quidem parte prorsus consentit. (Prorsus cum eo consentit, quin et Socrates Xenophontes et Phaedrus Platonicus improbet vulgarem illam, cuius Aeschylus auctor fuit, opinionem Patroclum *amatum* suis Achillis; simul autem addebam ab hac quidem parte, ut significarem alia in re eos non consentire; nam postquam in eo amicissime conspirarunt, quod uterque Patroclum τὰ παιδικὰ Achillis suis negavit, jam, quod fuit diversum utriusque consilium, in diversas sententias abierunt; quum Socrates Xenophontes Patroclum ἐταῖρον, Phaedrus Platonicus ἐραστὴν Achillis vocaret.) Deinde ita pergebam: Quin hic locus ostendere videtur non legisse Xenophontem Platonis Symposium (addendum fuit: vel, si legit, noluisse illud impugnare v. sup.); nam si illud legisset voluisseque impugnare, vix intelligitur cur hunc locum praetermisserit, qui quam aptissimus erat ad refutandam Phaedri sententiam (Patroclum ἐραστὴν suis Achillis; sed non dixit Socrates Xen. οὐχ ὡς ἐρεστῇ, sed οὐχ ὡς παιδικοῖς, unde appareat eum noluisse impugnare sententiam Phaedri). — Longus sui in verbis meis interpretandis, quod quam necessarium fuerit apparebit ex eo enuntiato, quo Tu in sententiam meam invehiris, quodque in usum lectorum integrum typis excudendum curavi: Hic quoque accidit, ut sententiam nostram assequi nolle (!), quam quum ita enunciassemus, ut Platonem illos tanquam *amoris* documentum proposuisse, Xenophontem vero non *amantes* sed *amicos* voluisse contendemus, Henrichsenius his neglectis (!) extremam tantum verborum nostrorum partem attulit (!), quibus Xenophontem, dum Homerum laudaret, Platonem tecte reprehendere diximus, eaque ita impugnavit, ut Xenophontem, quia pariter ac Plato Patroclum non παιδικά sed ἐταῖρον Achillis dicat (sed ἐταῖρον? Xenophon pariter ac Plato Patroclum ἐταῖρον Achillis dixit?!?) ab hac quidem parte cum illo prorsus consentire narret (non ego, sed Tu mirabilia narras!), quasi ἐραστὴς, quo vocabulo Plato utitur, et ἐταῖρος ex Xenophontis mente eodem redeant (ubinam tandem hoc significavi?), neque id ipsum hic agat, ut omni verborum ambiguitate

remota, sanctum amorem a turpitudinis contagio ad amicitiae vocabula revocet; idem denique quomodo Platonem impugnari potuisse velit a Xenophonte in ea causa, in qua modo etrumque consentire arguit (!!), indeque argumentum petat, quo illum huic ignotum fuisse colligat, equidem vicissim prorsus non assequor. (!!!) —

Eadem ista iniquitas Tua cernitur in eo, quod p. VII dicas me etiam eas causas negare, quas Xenophontem movisse dixeris, ut Platonico Symposium suum opponeret, adeoque dicere (p. 19) *superracaneum esse quaerere, quibus in rebus Plato et Xenophon discreparint.* Quid enim? Istudne Te inde a p. IV usque ad p. VI. egisse, ut ostenderes, quid moverit Xenophontem, ut Platonico Symposium suum opponeret? Nihil minus. Quam plurimis argumentis demonstrare volebas — scilicet ut p. VI. illico omnia retractares — Platonem suum Symposium opposuisse Xenophonteo, idque quum aliis ex rebus apparere, tum ex magna quadam similitudine, quam in Pausaniae oratione quae est apud Platonem et Socratis Xenophontei Tibi detexisse videbaris. Huic autem mediae expositioni similitudinis, quae sit inter orationes Pausaniae Platonici et Socratis Xenophontei, inserueras longam disputationem de discrepantibus sententiis, quas Platonem et Xenophontem de amore habuisse quum ex Conviviis, tum ex aliis eorum scriptis constaret. Hanc disputationem jure meritoque supervacaneam dixi. Neque enim *hoc loco* demonstrandum fuisse, quibus in rebus discreparent Plato et Xenophon — id enim non quaeri — sed Pausanias et Xenophon quid commune haberent. Iam quis est quin facile videat ad verba *id enim non quaeritur* ex versu proxime antecedenti tunc subintelligendum esse *hoc loco?* Itaque non dixi istam quaestionem per se ipsam, sed *hoc loco* supervacaneam esse. En novum exemplum, Te quum ea, quae de una aliqua re, de falsa disputandi via ac ratione, dicta erant, in universum valere velles, sententiam mihi obtrusisse, de qua nunquam cogitavi. Deinde vero si quaerimus cur discrepantes in hac re Platonis ac Xenophontis sententias exposueris, dubitationi obnoxium non est, eodem Te consilio hoc posuisse, quo universa ista (p. IV—VI) disputatione usum Te esse supra jam monui, ut ostenderes „Platonem Convivium suum post Xenophontem scripsisse, quumque ea, quae is Socratem disputantem fecisset neque ad divinam amoris naturam accedere neque magistri personam satis exprimere videret, illa ad unum e convivis retulisse, Socratem autem ita disserentem introduxisse, ut licet illum ne verbo quidem tangeret, omnes tamen ejus argutiae prae coelestis sapientiae splendore evanescerent.“ Ex sequentibus autem quum pateat Te contrariam potius sententiam amplecti, hanc disputandi viam et ipsam levi quadam vituperatione dignam habebam, et etiamnunc multos esse arbitror, qui tecum querantur, quod primo quidem defenderis aliquid, quod postea retractares et improbares vel maxime. Nam profecto ita perspicuitati non consultitur, neque nego inclinare mihi animum ad eandem illam suspicionem, quam nuper in consimili causa de Te movit Jahnus in N. Jahrb. f. Philol. u. Päd.: Te inter scribendum subito sententiam mutasse atque in alia omnia abiisse.

Hae igitur reprehensiones ad solam viam ac rationem disputandi pertinebant; sed quod contendis Socratem Xenophontem non ut Platonicum pulchritudinem in amore sectari, sed solis moribus ingeniique dotibus intentum *externam formam* parvi pendere,

quini etiam, ita enim antea dixeras, prorsus non spectare et ludibrio haberet, id, euidem ut verum esse concedam ne posteriore quidem disputatione Tua commoneor. Et pri-  
mum quidem vehementer miror, quod ex iis argumentis, quibus meam sententiam fir-  
mare studebam, unum tantummodo respicis, idque ex universa Socratis sentiendi cogi-  
tandique ratione ductum, quum ipsa Xenophontis verba, in quibus apertissime longe  
alia atque quae Tibi probatur sententia inest, plane silentio omittas, ac si ea omnino  
non legeris. Si non satis mirari poteras me tale quid de Socrate statuere, quidni  
ostendisti in quatuor illis locis, quos p. 20 ex ipso Xenophontis Convivio attuleram, non  
reporiri pulchritudinis admirationem; qua Socrates imbutus fuerit, quidni declarasti,  
quomodo fieri posset, ut qui sola externa ignoti adolescentuli pulchritudine commotus  
eum cohortatus esset, ut se sequeretur suaque disciplinae se addiceret, idem externam  
formam ludibrio haberet? Habebam sane hujus sententiae patronos, haudquaquam con-  
temnendos, H. Ritterum et M. Mendelsohnium. 53<sup>a</sup>). Erat opera pretium si non me,  
at illos certe erroris convincere, quod nisi omnibus quibus sententia nostra nitebatur  
causis refutatis rite fieri non poterat. Hoc igitur neglecto, ex iis quae pro mea sen-  
tentia attuleram argumentis, unum solum respicis ac resellere conaris. Dixeram enim  
non despisse Socratem corporis pulchritudinem vel ex reliqua ejus sentiendi cogitan-  
dique ratione facile esse ad intelligendum; quaeconque enim Graecis vel maxime propria  
sint, ea cadere in Socratem, qui vere Graecus fuerit. 54<sup>a</sup>), nihil autem tam pugnare  
quam despicere pulchritudinem qui sit Graecus. 54<sup>b</sup>). Cui sententiae Tu ita occurris,  
ut ejus ipsum me oblitum esse velis, qui p. 29 Socrati judicium de mulieribus tribuerim  
a vulgari opinione prorsus abhorrens 55). cujusque elationem et altitudinem in Graeco  
ore ipse valde admirandam dixerim, neque omnino recogitasse me Socratem mundanum  
potius se haberi voluisse. 56<sup>a</sup>), multaque libere et aperte reprehendisse, quae omnium  
Graecorum usu et consuetudine recepta essent. Quae posteriora quum ipsa per se  
verissima sint, ad vim tamen argumentationis meae infringendam non plus valent quam  
priora illa, quibus hoc agis, ut meis me verbis confutes. Socrates enim, qui et egregia  
quadam sapientia et virtutis studio acerrimo aequales suos longe antepolleret, perver-  
sitatem et vilia eorum et perspexit clarissime et perspecta castigavit severissime, ejusque

53<sup>a</sup>) Adde Brandisium l. l. p. 21. Empfänglichen und unbefangenen Jünglingen theilte er sich am liebsten mit, vorsichtig wenn Schönheit der Gestalt Harmonie der Seelenthäigkeiten verhiess oder sie zu entwickeln aufforderte. Auf die Weise suchte Socrates das Verhältniss zwischen schönen Jünglingen und älteren Männern, welches bei dem sinnlichen Feuer der Griechen und den Missverhältnissen zwischen dem männlichen und weiblichen Geschlechte nicht selten zu entwürdigendem Laster führte, zu versittlichen, indem er den Sinn für Schönheit vergeistigte. — 54<sup>a</sup>) Cf. Henr. Ritteri hist. phil. II p. 35 Socrates war ganz ein Griech, wie in Tugenden, so in Fehlern. — 54<sup>b</sup>) Cf. Deinhardt der Gymnasialunterricht etc. Hamb. 1837, p. 5: Bei dem Griechen ist Schönheit der Seele und Schönheit des Körpers etwas Unzertrennliches. Dem Griechen war eine schöne Seele ohne einen sie darstellenden schönen Körper undenkbar. — 55) De conditione mulierum quae quidem fuerit apud Graecos cf. quae egregie disputata sunt in Hallische Jahrb. f. Wissensch. u. K. 1841 No. 98. — 56<sup>a</sup>) Relegas quae ipse verissime disputasti de Socrate mundano in Gesch. u. Syst. d. Pl. Phil. p. 9, 245 et 328!! —

rei poenam tuit amore immorata. Sed quamvis multis de rebus longe alter statueret atque aequales fecerunt, non tamē desuit esse Graecus. Reputes quae se servorem atque alacritatem animi Socratis, superstitionem, cui valde deditus fuit, amorem, quo ille, sicut veteri omnes Graeci, artem gymnasticam amplectebatur — — sed quid Tibi plura enumerem? Neminem facile, lecta disputatione H. Ritteri, qui l. l. hanc rem uberiori exsecutus est, negatorum arbitror in dolem Socraticam esse vere Graecam. Graecis vero nihil magis proprium erat quam acerrimus pulchritudinis sensus (56<sup>a</sup>). Nam sicut Romani in omnibus et dictis et factis diligentissime considerabant, quid deceret, quid honorem afferret si quid esset honestum, ita Graeci quidquid vel singebant vel dicebant id sequebantur, quod esset pulchrum. Itaque etiam si aliunde nihil hac de re cognitum haberemus, tamen non dubitaremus, quia Socrates, utpote qui homo sit Graecus, etiam corporis pulchritudinem plurimi fecerit, eaque opinio ut argumentis in super. disp. mea collatis comprobatur, ita his locis, quos Tu iterum in contrariam partem affers, neutquam refellitur. Quam enim tunc exhibui p. 21 interpretationem verborum, quae de Socrate leguntur Mem. Socr. IV, 1, 2, πολλάκις γὰρ ἐφη μὲν ἄν τινος ἔραν, φανερὸς δῆν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν, εὖ περικότων ἐφιέμενος, eām etiamnunc verissimam habeo. Neque enim hoc loco postendendum fuit Xenophonti Socratem in existimandis juvenum ingenii corporis habitum prorsus non spectasse — nam quo tandem vinculo cohaererent et cum antecedentibus et cum subsequentibus? sed quum dixisset Socratem omnia et seria et jocata ad familiarium utilitatem retulisse, jam hoc sequentibus ita comprobare studet, ut amoris quoque Socrati nihil aliud propositum fuisse ostendat nisi illam ipsam aliorum utilitatem. Quo saepius autem Socrates ipse se amatorem alicujus vocavit, eo magis haec expositio necessaria fuit, ne quis in eum errorem incideret, ac si amor Socratis, quum a vulgarium hominum amore nihil differret, non aliorum utilitatem, sed libidinum fructum secutus esset. Itaque ut quum hoc caveret, tum illud quam fieri posset maxime efficeret, hanc sententiam et cum negatione et cum affirmatione proposuit lectoribus: Socratem non eos sectatum esse, vel potius (neque enim negligenda videtur significatio verbi ἐφιέμενος, quod linea interpretationi egregie savet) Socratem non eorum cupidum fuisse; quorum corpora jurenī aetate recte florerent, — hinc enim morem esse vulgarium hominum, qui quum adolescentulos amore prosequerentur non illorum utilitatem respicerent, sed suas libidines expleri vellent — sed eos potius, quorum animi ad virtutem percipiendam aptissimi viderentur; ut bonam eorum indolem doctrina sua ad omnem virtutem excoleret, eoque modo utilitati eorum quam maxime consuleret. — Eandem plane sententiam a Socrate ipso copiosius explicatam invenies in Conv. Xen. VIII, 25 καὶ γὰρ διῆ μοι ὁ μὲν τῷ εἶδε τὸν νοῦν προσέχων μεμοθωμένῳ χώρῳ τοιχεῖαι οὐ γὰρ ὑπεριπλεύοντος ἄξιος γένηται ἐπιμελεῖται, ἀλλ’ ὅποις εὐτὸς ὦτι πλεῖστα ὥραια καρπωσεται. οὐ δέ τῆς φύλακας ἐφιέμενος μᾶλλον ἔοικε τῷ τὸν πλείστον ἀγρὸν κεντημένῳ. οὐάντοθεν γοῦν φέρων οὐ, τι ἀν δύνηται πλείστος ἄξιον ποιεῖ τὸν ἐρώμενον. Cf. etiam (56<sup>b</sup>) cf. Deinhardt I. 1. p. 6. Das Prinzip des Griechischen Volkes ist die Schönheit.

Mem. I., 3, 14 αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα φανερὸς ἦν οὕτω παρεπηνασμένας ὅτε ἔφοι ἀπέγεσθαι τῶν καλλίστων καὶ ὡραιοτάτων η̄ οἱ ἄλλοι τῶν αἰσχίστων καὶ ἀωροτάτων.

Ex altero autem loco. Oec. VI. 14—16 quomodo intelligi possit corporis pulchritudinem Socrati nullam fuisse nunc non magis perapicio quam antea perspexi. Nam etsi verissime dicis vocabulum σεμνὸς saepenumero transferri ad arrogantiae et vanitatis significationem, non ubivis tamen hanc ejus vim obtinere vel ex Xen. Mem. II., 1 27 et III., 5, 20 apertum est. Itaque quaeritur, utra significatio h. l. aptior sit, quod quo clarius appareat universus sententiarum nexus paulo accuratius explicandus videtur. Socrates narratus Critobulo, quomodo factum sit, ut eorum aliquem conveniret, qui jure meritoque καλοὶ τε κἀγαθοὶ vocarentur, incipit ab iis, qui simpliciter vocantur ἀγαθοὶ, ab architectis, fabris ferrareis, pictoribus, sculptoribus et qui sunt ejus generis plures, cum iisque notitiam sat magnam contraxisse se dicit sine magno temporis dispendio. Sed longe cupidissimum se fuisse eorum cognoscendorum, qui haberent τὸ σεμνὸν ὄνομα τοῦτο τὸ καλός τε κἀγαθὸς. Quare primo quidem, ut nomine, sic re quoque ipsa pulchro bonum adhaerere ratum, quemcunque vidisset hominem pulchrum, eum adiisse. Sed aliter se rem habuisse: cognosse se nonnullos, (ἐνίους), qui quum corpora haberent pulchra, pravis essent animis. Quare constituisse se, missa pulchra facie, ex iis ipsis aliquem convenire, qui καλοὶ τε κἀγαθοὶ vocarentur. Itaque quum Ischomachus ab omnibus et viris et mulieribus, et peregrinis et urbanis hoc nomine nuncuparetur, hunc se adiisse. — Videmus igitur Socratem per totum hunc locum ejus rei, cujus cognoscendae cupidus fuerit, plane se insciū fingere, qua in re cernitur solita illa ironia Socratica, quae dissimulatione veri sensim ac pedetentim auditorem eo perducere studet, ut vel ipse quaerendo verum investiget, vel a Socrate per gradus quasi ad cognitionem veri adductus, et facilius et clarius illud perspiciat. (De ironia Socratica inf. accuratius disseremus). Hoc igitur posteriore consilio priusquam veram vocabuli καλός τε κἀγαθὸς vim ac significationem aperiret Critobulo, falsas quasdam opiniones, in quas facile ille incidere potuit, removere studet in eaque re ita versatur, ut, notione καλός τε κἀγαθὸς in singulas, quibus constat partes dissoluta, primum quidem ostendat haec vocabula non idem valere, quod simplex illa notio ἀγαθὸς; bujus enim quae vis sit nullo negotio a se perspectum esse, sed majus quid ac praestantius summo se studio appetivisse, videlicet ut exploraret, in quem recte caderet τὸ σεμνὸν ὄνομα τοῦτο τὸ καλός τε κἀγαθὸς. Quid igitur moverit Socratem, ut nomen illud vocaret venerabile, ex iis, quae proxime antecedunt, ni fallor, satis jam appareat. Et disserimen illud, quod sit inter τὸν ἀγαθὸν et τὸν καλὸν τε κἀγαθὸν, quum hic illo multo sit excellentior, efferre, et animum auditoris addito honorifcentissimo hoc epitheto magis ad rem advertere voluit. Deinde postquam cavit Socrates, ne Critobulus notiones τοῦ ἀγαθοῦ et τοῦ καλοῦ τε κἀγαθοῦ confunderet, ad alteram horum verborum partem conversus ostendit vocem καλὸς non propria vi dictum esse de corporis pulchritudine, sed vi translata referendum esse ad animi virtutem: non semper enim qui externa formae pulchritudine emineant eosdem intestina animi virtute conspicuos esse. (ἄλλ’ ἐνίους ἐδόκοντι καταμανθάνειν τῶν καλῶν τὰς μορφὰς πάγυ μοχθηροὺς ὄντας

*τὰς ψυχές). Sed hic mihi Te dicentem audire videor: Minime vero! ridet eos, qui καλῶς καγάθων nomine induci externam speciem internae virtutis quasi effigiem referre arbitrentur. Hoc ipsum est illud, quod in novissima dissertatione mea dixi, ipsis verbis τὸ σεμνὸν ὄνομα τοῦτο τὸ καλὸς τε καγαθός declarari irrisioνem vulgaris loquendi generis, quo homines externam formae pulchritudinem cum internae virtutis significatioне conjungant. — Ni omnia me fallunt, non est ita. Nam, ut jam mittamus illud, quod modo demonstravi, longe alio haec consilio a Socrate dicta rideri, obstat Tuae sententiae ipsum istud vulgare loquendi genus, quo Athenienses non eos τῶν καλῶν τε καγαθῶν nomine significabant, qui corporis pulchritudine excellerent, sed eos, qui vel generis nobilitate, vel opum ac divitiarum magnitudine insignes essent, qua vi dictum hoc vocabulum non multum differt a Romanorum optimatibus. Sed est etiam altera h. v. significatio, qua fere respondet Romanorum *viro honesto*, nostro *ein Ehrenmann*, eaque significatio, ut apud Xenophontem longe usitatissima est, ita hoc loco a Socrate tribuitur ipsis illis Atheniensibus, quos Tu ab eo in hac ipsa re rideri putas: dicit enim *ad unum omnes ita vocare Ischomachum*; dicet ejus corporis habitum *neutquam pulchrum fuisse ex VII, 2* appareat.*

In tertio loco (Cyri. V, 1; 9—13) defendendo *disertum* Te fuisse neutquam nego, quin libentissime fateor Te tam disertum fuisse, ut primo quidem verbis Tuis negligentius lectis, ipse vehementer vererer, ne a vero prorsus aberraverim; sed ubi et Tua et Xenophontis verba paulo diligentius inspexi cum iisque contuli superiorem meam de hoc loco disputationem, hoc mihi intelligere visus sum — ignoscas quaeſo, si mihi quoque quamvis invito durius quid exciderit — non „pectus fuisse, quod Te fecerit disertum.“ Nam „cui de sententiae suae veritate sincere persuasum est,“ ei nihil opus est neque suis verbis commutandis neque alterius omittendis, quod utrumque a Te commissum esse jam demonstrare conabor. Quid antea h. l. evincere volebas? nempe *Xenophontem pulchritudinis vim in amore excitando ad impotentiam sui animique imbecillitatem referre*. Uter tale quid professus erat, stultus ille adolescentis, an Cyrus? Adolescentis, credo; is enim ad timorem Cyri removendum ostendere studet, voluntarium quid esse amorem, neque subigere nisi homunciones molles ac delicatos. Num igitur inique tecum egi, qui dixerim, non satis me mirari posse Te ex media narratione direpta aliquot stulti adolescentuli verba, quae vana esse ipse rei eventus doceat, pro ipsis Xenophontis sententia venditasse? Profecto non feci 57). Sed horum nulla mentione facta, jam illud quod ego multo probabilius dixeram, Xenophontem ex Cyri ore suam ipsius sententiam proferre, amplexus longe aliud quid quam antea in eo inesse volueras hoc loco evincere studies: „amorem pulchrorumque hominum consuetudinem Xenophonti perniciosa potius et cautione quam commendatione Platonica dignorem videri; magnam enim (cf. annot. 27) pulchritudinis vim esse, sed, sicuti ignis non ex-

57) Eum, quo nunc uteris, locum antea ne laudaveras quidem, sed totum hoc argumentum duxeras ex Xen. Cyr. V, 1, 9—13, ubi nihil invenitur, nisi inepta illa adolescentis de amore disputatione; nunc laudas Cyr. V, 1. !!! —

quam efficiam habent, pròpter eam ipsam vero causam virtudis potius quam incaute appetendos sit, ita, quo majorem pulchritudinem habeat, neq; gravius inde periculum imminere." Apertissimum est igitur Te in diversa omnia abiisse; anteas enim cum stulto isto n哆lescentulo dicebas Xenophontem vim pulchritudinis in amore excitando ad impotentiam sui animique imbecillitatem referre. h. e. vim pulchritudinis Xenophonti aut nullam aut perexiguam videri; nunc Cyri sententiam ei tribuis, magnam esse vim pulchritudinis, sed eam ipsam ob causam perniciosem et summa cum cautione fugiendam, idque ipsum, Xenophontem Cyro potius suam sententiam tribuisse quam vano cuidam adolescenti, mihi quoque *multo probabilius* videri narras. Et recte quidem; sed reputes quaeso, *probabilius* esse comparativum, ideoque necessario referendum esse ad alterum quid, quod *illo minus probabile* sit; jam si quam rem altera re, quae quam maxime absurdum videtur, probabiliorem dixi, inde non consequitur, eam per se ipsam probabilem esse, sed potest sane ipsa mirum quantum a probabilitate abhorrere, eamque rem hoc loco egregie comprobari priore disputatione mea satis jam mihi evicisse videor, nec mea culpa est, si id, in quo omnis disputationis summa vertebatur, prorsus neglexisti. Satis perspicue enim significabam *non esse probabile* Xenophontem ideo Cyrum ita de amore disputantem fecisse, ut quid ipse statueret de ri pulchritudinis in amore excitando indicaret, sed voluisse eum luculenta aliquo exemplo ostendere, *Cyri quae fuerit moderatio et constantia, et quam probe perspicerit ille ingenium humanum.* Haec exposuisse tunc satis habebam, quum iis non uterer, nisi ad Tuam sententiam refutandam; nunc vero quum, Tua sententia missa, eam amplexus sis, quam ego illa multo probabiliorem dicebam, accuratius etiam demonstrandum est, cur ne haec quidem probabilis videatur. Quo enim consilio et hoc loco et duobus illis superioribus usus es? Scilicet ut probares Socratem Platonicum et Socratem Xenophonteum de virorum amore diversissimas sententias habuisse, quum alter pulchritudinem corporisque formam adeo non spernat spectaque debere neget, ut ipsam amoris naturam in pulchritudinis appetitione constituat, alter eam quam maxime despiciat ac proximulo habeat. Itaque ut Xenophon ex Cyri ore suam sententiam protulerit, id quod aliquis sibi colligere posse videatur ex verbis illis *καὶ τοῦς οὐδὲν θαυμαστὸν ἔπαισχεν*, nullo tamen modo inde perspici potest, quid ipse statuerit de vi pulchritudinis in amore (sc. virorum) excitando, quum h. l. omnino non agatur de virorum amore, sed de amore virorum erga mulieres. —

Ordine disputandi quem Ipse mihi praescripsisti delati jam sumus ad locum aliquem, qui, si quis accurate eum excutere et quaecunque cum eo aliquo modo connexa sint diligenter perscrutari voluerit, facile inter difficillimos philosophiae Socratae locos habendus erit, eam dico quaestionem, quae est de *pulchri natura relativa et universa* ista sententia, qua (pr. disp. T. p. IV) „*Socratem de omni virtute ita judicasse statuisse, eandem actionem pro circumstantiarum diversitate et bonam et malam esse posse.*“ Quod dixi esse eam inter difficillimos philosophiae Socratae locos, rectius fortasse dixisset eam ipsam quaestionem omnium esse difficillimam. Neque enim singit Te hanc quaestionem arcte cohaerere cum universa illa doctissimorum hominum de doctrina Socratis

disceptatione, quum Tu et qui tecum faciunt<sup>58)</sup> unum Xenophontem doctrinæ vere Socratische auctorem sequamini, nec Socratem ultra ea quae a Xenophonte ei tribuuntur placita sapisse arbitremini, alii vero, veluti Schleiermacherus, H. Ritterus, alii, Xenophonti, utpote cuius lingüe philosophiae studiorum parum accommodatum fuerit<sup>59)</sup>; non satis confidant unius, sed Platonei quoque atque Aristotelis in partes vocent<sup>60)</sup>. Utram sententiam ego probabiliorē habeam sijam paucissimis verbis explicandum est: neutram ita probō, utnei plane me addicam, sed medianam quādārū Nam sequor. Concedo Tibi Xenophontem; quem credibile non sit doctrinae Socratische quidquam de suo addidisse, „summarum sermonum a Socrate habitorum auctoritatem et fidem praestare,“ sed non „solum.“ Ubi ille, id quod non semel ei accidisse videtur, praeceptoris verba parum perspexit vel intimā philosophiae Socratische penetralia nobis recludere neglexit<sup>61)</sup>, ibi ex Platonis et Aristotelis operibus salsa emendanda manea supplenda videntur. Verum in illa vel emendatione vel supplemento *summā nobis editio* adhibenda erit<sup>62)</sup>, ne quid alieni obtrudamus Socrati, atque hoc ipsum est, in quo interdum illi lapsi videntur. Quod autem illi nimil, id Tu parum, quum ex uno Xenophonte omnem doctrinæ Socratische cognitionem hauriendam esse censeas, quo factum est, ut mihi quidem non ita raro de Socratis placitis perperam judicasse videaris. — Posui haec, non probavi, nam si ea firmis argumentis stabilire vellem, corum fere omnium, quae in libro Tao Gesch. u. Syst. ad plat. Phil. p. 231—263 de doctrina Socratis Xenophontisque in ea dijudicanda auctoritate disservisti, accurata mihi censura facienda nec programma scribendum; sed liber edendus foret. Neque ea cum nostra quæstione tam arcte cohaerent quam id, quod jam secundum Tibi objicio, Te ne iis quidem, quae de Socrate prodita sunt a Xenophonte, ea; qua paruit, cautione usum esse; quum neque satis reputares, quo Xenophoni consilio Memorabilia scripsisset, neque quid ubique voluerit Socrates. Neque enim volunt, neque opinor, potuit Xenophon philosophiam Socratis memoriae prodere, sed, sicuti in Convivio et Oeconomico, ita etiam in Memorabilibus hoc unum sibi proposuerat, ut praeceptorem dilectissimum de falsis illis, quae ab adversariis ei objecta erant criminibus purgatum ad posteritatem consecraret, quam probum, honestumque virum se præstiterit in omnibus et dictis et factis, quippe qui nihil antiquius habuerit, quam ut et ipse honeste viveret et alias ad honestatis studium traduceret<sup>63)</sup>. Itaque quidquid cum hoc consilio apologetico parum conveniret suo jure

58) cf. H. Ritter hist. phil. II. p. 43, 57, 70. — 59) cf. Ritt. I. I. II. p. 41. — 60) cf. Ritt. I. I. p. 41. — 61) Adhucit eam Brandisia, qui et haec et subsequentia elegantissima et cauissima disputatione egregie compr̄obavit cf. I. I. p. 18—23. — 62) Quod quo rectius Ipse perspexisti, eo magis mirum videri debet, quod eorum, quae Gesch. u. Syst. p. 32 optimè monuisti, postea in doctrina Socratis constituta et auctoritate Xenophontis ponderanda plane oblitus videris. Im enim haec habes: fassen wir jedoch Xenophons Zweck bei seinen Denkwürdigkeiten näher ins Auge, so werden wir finden, dass er seinen Lehrer *vielmehr* in den Verhältnissen des bürgerlichen und alltäglichen Lebens und nach seinem *bildendem Einflusse auf die Jugend überhaupt, nicht in dem eigentlichen Kreise seiner Vertrautes* darzustellen beabsichtigte; und wenn wir voransetzen dürfen, dass Xenophons Buch auf wirklichen Erinnerungen beruht und folglich die Personen, die er dort mit Socrates redend einfährt, nicht

omisit Xenophon. Agnoscit hoc H. Ritterus I. l. p. 44 (— → —) Xenophon giebt zu wenig, weil er bei dem apologetischen Zwecke seiner Schrift den Socrates in keinem andern Lichte darstellen mag, als in dem, in welchem er ihm als ein lobenswerther Mann erschienen war d. h. in dem Lichte seiner Bestrebungen für das handelnde Leben) neque ullum dubitationi locum relinquunt ea verba, quibus Xenophon Mem. I, 3, 1, postquam criminibus Socrati publice objectis primis duobus capitibus respondit, jam progreditur ad universam ejus et vivendi et docendi rationem enarrandam: Ως δὲ δὴ καὶ ἀφελεῖν ἐδόκει μοι τὸν ξυνόντας τὰ μὲν ἔργων δειχνύων ξαντὸν οἶος ήτο, τὰ δὲ καὶ διαιλεχθόμενος, τούτων δὴ γράψω ὅποσα ἂν διαμνημονεύω. Nihil igitur mirum, si reconditam quandam sapientiam argutasque de ipso justo, pulchro, bono disputationes apud Xenophontem frustra anquirimus; quidquid enim apud eum philosophatur Socrates ad juste, bene, pulchre vivendum agendumque resertur<sup>61b)</sup>). Inde etiam illud, quod Socrates Xenophontes toties utilitatis rationem habet; scilicet non loquitur de αὐτῷ τῷ ἀγαθῷ vel καὶ ὡς, sed commendat singulas quasdam res bonas vel pulchras, quae cum ex vulgari loquendi consuetudine ita cogitari soleant, ut simul alterius rei ratio habeatur, ad quam relatae bonae vel pulchrae sint, recte eas differre negat ab iis rebus, quae vulgo vocantur *utiles*<sup>62)</sup>; itaque eodem modo agit cum Atheniensibus, quonos tractamus pueros, quorum delicta, modo aperte ea a libere profiteantur, aut nullis aut perexiguis poenis castigamus, ut primo quidem utilitatis reputatione, postea vero ipsius veritatis amore a mentiendo deterreantur. Egregie Delbrückius<sup>63)</sup> p. 68: Jener platonische Grundgedanke (dass fortschreitende Verähnlichung mit Gott durch Wissenschaft und Tugend das einzige wahre Gut sei) tritt beim Xenophon nirgend mit Bestimmtheit hervor; geschweige denn als leitender Hauptbegriff. Vielmehr sieht man — — —, dass Socrates in Unterredungen mit einem Aristipp, Charmides, Euthydemus kein Bedenken trug, zur Empfehlung der Tugend Antriebe herzunehmen von ihrem Einflusse auf das äussere Wohl. Weislich! da er sicher sein konnte, dass wer hierüber zur richtigen Erkenntniß gelangt sei, nicht länger die Tugend als etwas Beschwerliches hassen, vielmehr anfangen werde, sie zu lieben, erst wegen dessen, was sie gewährt, endlich wegen dessen was sie ist d. h. ihrer selbst wegen. Itaque descendit<sup>64)</sup> Socrates ab altioris philosophiae fastigio ad intellectum

wie bei Plato aus freier Wahl des Schriftstellers hervorgegangen sind, so kann Plato's Nichterwähnung diesellem selbst nur zur Ehre gereichen, insofern sie ein Zeichen ist, dass Xen. sich keines Falls erinnerte, wo derselbe von Socrates einer solchen Zurechtweisung oder handreichenden Belehrung bedürftig erachtet worden wäre, wie sie doch allerdings den Gegenstand der meisten jener Gespräche ausmacht. — 61) Vereor, ut satis hoc reputaverit Brandisius cf. I. l. p. 41. — 62) cf. pr., diss. m. p. 23 et Mem. IV, 6, ubi Socrates loquitur cum Euthydemus, juvete reipublicae capessendae studioso, quem eo perducere voluit, ut eujsusque rei naturam et cui usui apta esset probe cognosearet, eoque modo διαλεκτικῶν fieret. — 63) Xenophon, zur Rettung seiner durch Niebuhr geführdeten Ehre. Bonn 1829. — 64) cf. Delbrück. I. l. p. 24. Um jener herablassenden Lehrweisheit willen die Sittenlehre des Xenophontischen Socrates der Eigennützigkeit anzuklagen wäre eben so unbescheiden, als wenn jemand um die Reinheit der evangelischen verdächtig zu machen, sich auf Bibelsprüche beriese, wie folgende: Trachtet am ersten nach dem Reiche Gottes und nach

audientium 64<sup>b</sup>), quo facilius eos ad virtutis viam perduceret, eamque ob causam Xenophon hos ipsos sermones in commentarios suos recepit, quum alios, quibus Socratem proiectioribus discipulis interiora philosophiae areana aperuisse probabile est 65), ut a suo consilio alienos et fortasse parum intellectos prorsus negligenter. Quamvis igitur docte subtiliterque in libro Tuo saepius jam laudato de doctrina Socratis disputaveris, tamen ne ipsa quidem sententiae Tuae fundamenta mihi probasti. — Non minorem in universam sententiam Tuam vim habuit alterum illud, quod non satis Te reputasse dixi, quo quidque consilio locutus sit Socrates Xenophontes. Quae res in magnos Te errores induxit. Nam quum omnium primus 66) recte Tibi perspexisse videreris, quid valeret ironia illa Socratica 67), missa ea vi ac significatione, quam h. v. propriam esse Ipse concedis 68),

steiner Gerechtigkeit, so wird euch solches alles zufallen; oder: die Gottseligkeit ist zu allen Dingen nütze; dein sie hat die Verhissung dieses und des zukünftigen Lebens. — H. Ritt. I. I. p. 25: Es darf auch nicht unerwähnt bleiben, dass wir in dem belchrenden Umgange des Socrates, so wie er uns beschrieben wird, Eins in einem ausgezeichneten Grade zu finden glauben, nämlich die Geschicklichkeit, sich den Vorstellungswisen Anderer anzupassen, und Jeden nur das zu sagen, was er verstehen konnte. — Et p. 26. Dass hierbei immer nur einzelne Punkte und Seiten seiner Meinung hervortreten konnten, versteht sich von selbst. Quin Ipse quodammodo haec vera esse concedis. cf. annot. 61. — 68) cf. Brandis. I. I. p. 48: Wie Socrates seine Grundüberzeugungen nach den verschiedenen Stufen der Bildung und Erkenntniß, auf denen seine Freunde sich befanden, verschieden durchführte — — — vermögen wir zwar nicht hinreichend im Einzelnen uns zu veranschaulichen, da die Socratischen Unterredungen bei Xenophon selten über die ersten Anregungen hinausgehen und auch diese durch die Auffassung eines ausschliesslich praktischen Sinnes reflektirt werden sqq. — 65) cf. H. Ritt. I. I. p. 24: Hauptsächlich bezogen sich wohl seine Gespräche auf sittliche Untersuchungen über häusliches und öffentliches Leben; aber dabei waren doch auch gewiss andere Gegenstände der Wissenschaft und Meinung nicht ausgeschlossen u. s. w. cf. etiam p. 43. sqq. — 66) nam quod Inst. Mart. Cohort. ad Gr. c. 36 rectissime monuisse dicis (p. 326): μηδεὶς δὲ οἰσθω εἰρωνέμοις ἄγροια προσποιεῖσθαι Σωκράτην, ἐπειδὴ πολλάκις ἐν τοῖς διαλόγοις εἴωθε τὸντο ποιεῖν ή γνῶν τελεταιά φῆσις τῆς ἀπολογίας, οὐ πεποιηθεὶς τὸντο ποιεῖν ή γνῶν τελεταιά φῆσις τῆς ἀπολογίας, οὐ πεποιηθεὶς τὸντο ποιεῖν ή γνῶν τελεταιά φῆσις τῆς ἀπολογίας, id mili quidem paene ridiculum videtur. Perinde ac si nunquam se insciūm fluxisset, quod semel non fecit! — 67) Gesch. u. System d. pl. Ph. p. 243: Die bekannte Ironie des Socrates ist ja nicht als blosse Verstellung, sondern als die natürliche Anwendung des obigen Grundsatzes zu betrachten, auch dasjenige, wovon er subjectiv durchdrungen war, nicht eher mit Gewissheit auszuprechen, als bis es ihm selbst durch genaue und unbefangene, wo möglich gemeinschaftliche Betrachtung objectiv geworden wäre. — 68) Ipse inter alios laudasti Aristot. Eth. Nic. II, 7, 12 et Schol. Plat. Ruhnk. p. 117: εἰρωνεία ἐστὶ προσποίησις ὑδιναμίας ἢν τις δύναται ποιεῖν; Cic. Acad. II, 5 Socrates de se ipso detrahens in disputatione, plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita quum aliud diceret, atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνεῖα vocant. De off. I, 30. De Graecis autem dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἰρωνεῖα Graeci nominaverunt, Socratem accepimus. — Brut. 85, 292: Ironiam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschinis libris utitur, facetam et eleganteam puto. Est enim et minime inepti hominis et ejusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptatur, haec sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant, ut apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros; se autem omnium rerum insciūm singit et rudem. Decet hoc nescio quomodo illum: nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior. — Alia testimonia ex ipsa antiquitate petita qui inspicere voluerit conferat eos locos, quos et Ipse p. 326 et Beicus ad off. I, 30 attulit. Addo ex recentioribus H. Ritter. hist. ph. II, p. 23: Seine eingehogene aufgestülpte Nase, seine hervortretenden

et quae in Socrate summo et veterum et recentiorum consensu comprobatur, quidquid Xenophon Socratem dicentem facit serio eum dixisse sumis, et eos ipsos docos, quibus vel jocatur Socrates vel longe aliud consilium sequitur, quam ut verum suam sententiam proponat, testes provocas ejus doctrinae, quam Tu ei tribuis. Scilicet vehementer mihi falli videris, qui neges „eum fuisse Socratem, qui id, de quo vere sibi persuasum esset, unquam occuleret.“ Saepissime hoc eum fecisse arbitror, non illum quidem „sophistarum more alterius confundendi causa,“ sed ut eos quoque „eruditet et ad meliorem frugem traduceret,“ quorum captum id, quod vere sibi persuasum esset, longe excederet (cf. sup.). Non is sum qui jurem in verba magistri; immo supra vidimus Te hoc ipsum mihi vitio dedisse, quod ego negare sustineam, quod doctissimis omnium temporum hominibus visum sit; sed ubi sententiam aliquam, de cuius veritate sincere mihi persuasum est, carissimi magistri verbis confirmatam video, tum mirifice laetor. Cf. igitur quae habet H. Ritterus l. l. p. 25: Diese Kunst zu verschweigen, anzudeuten und auszusprechen, möchte man schon aus den verschiedenen Auffassungen, welche seine Lehre von seinen Schülern erfuhr abnehmen können; sie zeigt sich aber auch in den verschiedenen Standpunkten, von welchen er in seinen Untersuchungen ausging, bald hier, bald da anknüpfend, und macht einen wesentlichen Theil der Mischung von Ironie und Ernst aus, welche den Character seiner Rede bezeichnet. — Atque hic sons est, ex quo non ita pauci de doctrina Socratica errores promanarunt, quod interdum non satis diligenter consideratum est ab hominibus doctissimis, quid quoque loco sibi voluerit Socrates, utrum serio rem agat an joco, utrum verae doctrinae aliquid tradat, an auditores vanitate, stultitia, praejudicatis opinionibus obstrictos prævia quadam disputatione ad difficiliora philosophiae placita percipienda præparet, qua in re vel hoc factum videmus, ut poneret aliquid, quod obtineri non posse sine dubio probe intelligeret<sup>69)</sup>. Tu vero quum hoc discrimen inter diversos Socratis sermones

---

Augen, sein dicker Bauch, geben seiner ganzen Gestalt etwas Silenenartiges, welches sehr wohl zu seinen Reden passte, indem diese nicht selten einen versteckten Spott atmeten, und gegen allerlei hochtrabendes Wesen mit Laune sich äusserten. p. 24: Hieran erfreuten sich viele der Jünglinge, welche ihn zu begleiten pflegten, und ahmten der berühmten Socratischen Ironie nach, in welcher Socrates sich selbst als einen Lernbegierigen denen darzustellen pflegte, deren eingebildete Weisheit er zu beschämen gesonnen war. — Reetissime Brandisius l. l. p. 24: Durch die ihm eigenthümliche Ironie, die gegen ihn selber wie gegen Andre gerichtet, ihren verletzenden Stachel verlor, wusste er das Selbstgeständniss des Mangels an Wissen hervorzurufen, et p. 51: Des Nichtwissens aber zu überführen, Zweifel und selbstthätiges Forschen hervorzurufen, darauf war zunächst seine Ironie gerichtet, die daher bald, ohne Verletzung Attischer Urbanität, als bissender Spott gegen die Büswilligkeit und Anmassung der Sophisten und Rhetoren, bald als Anregung und Sporn für jugendliche strebsame Geister, zunächst zu strenger Prüfung und Entwicklung ihrer Annahmen und Behauptungen, bald als heitere Würze ernster Untersuchungen hervortritt. —<sup>69)</sup> cf. Henr. Ritt. l. l. p. 74: Was den letzten Satz betrifft, (wenn jemand wissend lüge, so würde er besser sein, als der, welcher ohne sein Wissen lüge oder Unrecht thäte) so ist wohl nicht zu bezweifeln, dass Socrates indem er ihn aufstollte, sehr gut einsah, wie er etwas mit seinen früher angegebenen Sätzen Unvereinbares enthalte; auch wird er nur in vorbereitenden Gesprächen von ihm gebraucht, um die Nichtigkeit des Scheinwissens in Andern zu zeigen.

necessario faciendum non agnoscas, et, ironia illa Socratica quam vulgo intelligimus sublatu, omnia quae a Xenophonte tribuuntur Socrati ex vera ejus animi persuasione sprofecta putes, non ita raro Socrati sententias supponis, de quibus ille nunquam, nisi fallor, serio cogitavit. Me jure meritoque hoc Tibi objecisse jam non nullis exemplis accuratius demonstrabo. — Et primo quidem loco ponam Mem. lib. IV cap. II, cuius §§ 12 sqq. et 32 sqq. probare studes, quod antea jam commemoravi, „eadem actionem pro circumstantiarum diversitate et bonam et malam esse posse“<sup>70</sup>); quāmquā totum hoc caput ita comparatum est, ut doctrinae Socratae nihil quidquam in eo insit. Habet potius luculentissimum exemplum, quām egregie calluerit Socrates juvenes stulte arrogantes ignorantiae suae convincere ad cognitionemque sui perducere. Nam ut ostendat Euthydemus, quam nihil sciat, quidquid ille affimat, negat Socrates, quin ejus confundendi causa — nihil enim hoc loco repugno — sapientiam ipsam bonum esse negat (§ 33 sqq.)<sup>71</sup>), dum tandem eo illum perducat, ut plane dubius animi haesitet neque amplius habeat, quid de se ipse cogitet: § 39 ἀραινάζει με ταῦτα δύολογεῖν δηλιγότι ή ἐμὴ φανιότης ταὶ φροντῖσθαι μή κούτιστον ή μοι σιγᾶν πανδυνέων γὰρ ἀπλῶς οὐδὲν εἰδέναι. Καὶ πάντα ἀθύμως ἔχων ἀπῆλθε ταὶ παταφρονήσας ἑαυτοῦ ταὶ ρομίσας τῷ ὅντι ἀνδράποδον εἶναι. Hanc esse hujus capitinis indolem quum ex primis ejus verbis: Τοῖς δὲ ρομίσουσι παθεῖσας τε τῆς ἀγιότης τετυχημέναι ταὶ μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ ὡς προερέπετο, τὸν διηγήσουμαι, iisque omnibus, quae colloquium antecedunt, tum maxime, ut taceam eos locos, qui in ipso colloquio multi insunt, ex postremis h. c. verbis sole clarius appetet. Nam postquam ibi narravit Xenophon Eutbydemum ex eo inde tempore ad consuetudinem Socratis totum se applicuisse nec unquam nisi necessitate aliqua coactum ab ejus latere discessisse, jam ita pergit: οὐδὲ ὡς ἔγνω αὐτὸν οὕτως ἔχοντα, οἷοντα μὲν διετάραττεν, ἀπλούστατα δὲ ταὶ σαφέστατα ἔξηγειτο ἢ τε ἐρόμενον εἰδέναι δεῖν ταὶ ἐπιτηδεύειν κούτιστα εἶναι, quibus verbis clarissime inter se opponuntur perplexa illa ac fallax quaedam disputandi ratio, qua stultos atque arrogantes adolescentes confundere ac perturbare (διετάραττεν) solebat, et simplex haec et sincera oratio (ἀπλούστατα ταὶ σαφέστατα), qua Socratem erga discipulos suos usum esse constat; cf. Mem. IV., 7, 1. Quaecunque igitur Socratis praecepta ex hoc cap. derivas, ea omnia sunt falsissima, quum prorsus neglexeris, et cui haec dixerit et quo consilio, id quod probe semper tenendum esse rectissime jam monuit Delbrückius I. l. p. 135. — Idem homo doctus et de hoc loco et de Mem. III., 8, 4 et 5, ubi rectissime negavi (p. 22) Socratem hoc egisse, ut accuratam pulchri et boni definitionem exhiberet, sed „repulisse“

<sup>70</sup>) In libro Tuo l. p. 248 et 330 annot. 326 etiam aliud quid inde probare studes. — <sup>71</sup>) Nam quod Tu l. l. p. 320 annot. 322 ponis hoc loco non de *sapientia* loqui Socratem, sed de *prudentia quādam humana vel artis alicujus factitandae dexteritate*: neque Euthydemus *οσπιαν* hac significatione accepit, neque Socratem de hoc disseriōne cogitasse probabile est, quum in hoc unum incumberet, ut persuaderet Euthydemus, se ne illud quidem, quod vel maxime *αραινάζειτο* putaret, exploratum habere. —